

Comentarij super regula diui Augusti-
ni Iponensis episcopi sancte ecclesie do-
ctoris precellentissimi editi ab Ambrosio
Louolano sacre theologie professore et
priore Generali totius ordinis fratru be-
remiaru eiusdem sancti per modu Dia-
logi feliciter incipiunt.

Augustinus

Ante omnia fratres karissimi diligat de-
us. Deinde proximi. qz ista sunt precepta
principaliter nobis data.

Ambrosi⁹

Et omniu pa-
rente doctorum. ⁊ nostre san-
ctissime religionis. primo ac
veracissimo fundatore Aure-
lio Augustino iubemur. vt in primis deū
subinde proximu diligamus. quoniam si-
cut rationem adiecit. a mundi redempto-
re ista precepta seruanda sunt principali-
ter nobis data. ⁊ adeo quidem vt ex his.
ceu ipse saluator. mor intulit. tota lex pe-
deat ⁊ prophete. Ob eam rem a sanctissi-
mo gentium doctore scriptu est. Qui di-
ligit lege adimpleuit. Et Augustinus in
comentarijs canonice Johannis inquit
Dilectionem habeas ⁊ implesti legez. qd
qz preclarissimum qz consentaneum di-
ctum sit. constat ex eo quide. qz ex his dua-
bus dilectionib⁹ tota conficitur caritatis
essentia. Unde eam hoc pacto sacri diffi-
nire doctores. Caritas est dilectio qua
diligimus deuz propter se. ⁊ proximu p-
pter deum. aut in deum. perinde ide Au-
gustinus in octoagintatru questionum
volumine eam talem vocat amorem. quo
deus ⁊ animus ipe diligitur. Et in libro
de doctrina christiana. ea motum animi
nuncupauit ad fruendu deo propter se
ipsum. ⁊ se atqz proximo propter deum.
At enim tanta est caritatis necessitas. ta-
ta excellentia. tanta prestantia. tanta de-
niq gloria ⁊ splendor. vt de ipsa ide glo-
riolus apostolus Paulus ad Corinth.
scribens intonuerit. Si linguis hominu
loquar ⁊ angelorum caritatem autem no
habeam. factus sum velut es sonans. aut

cymbalum tinens. Et si habuero. pphe-
tiam. ⁊ nouerim misteria omnia. ⁊ omne
scientiam. ⁊ habuero omnem fides. ita vt
montes transferam. caritatem autem no
habuero nihil sum. In quib⁹ ⁊ alijs que
sequuntur non modo vtilem. sed necessa-
riam. hanc vnam omniu caput parentem
decoriqz virtutum. satis esse ad eternam
felicitatem acquirenda transegit. ei⁹ quo-
qz prestantiam augens eam esse omnib⁹
preceptorum finem. legisqz plenitudinez
alibi definiuit. quoniam ad eam. si de co-
scientia bona. ⁊ fide no ficta extiterit. oia
referuntur precepta. quoz quidem adim-
pletio vera est legis plenitudo. cui⁹ eti-
am diuus Gregorius celsitudinem co-
templans illud saluatoris verbum. hoc e
preceptum meum vt diligatis inuicem. si-
cut ego dilexi vos. exponens. cum vehe-
menti rogat affectu. Cum cuncta sacra in-
quit. eloquia plena sint dominicis prece-
ptis. quid est qz de dilectoe quasi de sin-
gulari mandato dominus dicit. Hoc est
preceptum meum vt diligatis inuicem. si-
cut ego dilexi vos. nisi qz omne manda-
tum de sola dilectione est. ⁊ omnia vnum
preceptum sunt. qz quicquid precipit. in
sola caritate solidatur. Et enim multi ar-
boris rami. ex vna radice prodeunt. sic mul-
te virtutes ex vna caritate generant. Nec
habet aliquid viriditatis ram⁹ boni ope-
ris. si non manet in radice caritatis. Pre-
cepta ergo dominica multa sunt ⁊ vnum
multa per diuersitatem operis vnu in ra-
dice dilectionis. Et Augustinus cum de
fortitudine suis in sermonibus narraret.
prestantiam. asseruit. omnis bone actio-
nis formam esse caritatem. Cum autē di-
uinorum verborum esset declamator. tam
excellens bonum caritatem esse asseue-
rauit. vt nihil ea preciosius. nihil lumi-
nosius. nihil firmitus. nihil vtilius. ni-
hil deniq astrueret fore securius. Et in
tantam profecto eius laudes erexit ve-
hementiam vt dicere no diffideret. qz sub-
lata caritate cetera dei munera nib⁹ pro-
descent. Ad cuius item presentiam cetera
viverent dona imo virentiori quadā va-
lerent virtute. Et vt suam celsitudinē ad
summū tolleret fastigium eam oim bono-
rum radicem astruxit. eam vitā omnium
virtutum dixit. eam inter oia diuina mu-
b 3

nera primatum tenere predicauit. eius tñ
dem formae effectus insonuit summi dei
maiestatem ab ea non distare. quoniam
deus caritas est. **Q**ñ sublime quaqz
precellentissimum verbum. **N**az quomo
do altius. quomodo excellenti⁹. quomo
do eminenti⁹. quomodo demum magni
ficentius nobis potuit caritas commen
dari qz cum dicitur. deus caritas est. **B**re
uis quippe laus. sed maximum preconiu
um. breuis in sermone. maxima in intel
lectu. **M**erito igitur perquirenda est ca
ritas. merito amplectenda. merito pro il
la adipiscenda omne studium est adhib
endum. merito ⁊ preceptor et institutor
noster Augustinus in apostolice regule
traditione exorsus est. **A**nte omnia fra
tres carissimi diligatur deus. deinde pro
ximus. **C**auet igitur ut nemo se seducat
astruendo se duntaxat in hominem pec
care. si non diligit fratres. **Q**uomodo qz
non peccat in deum si in caritatem. que
deus est delinquit. **H**anc igitur ame
mus. hanc sequamur. hanc amplectamur
si deo grati esse desideramus. si morte cri
minum. pugnantium virtutem. victoruz
palmam. mentium concordiam. electo
rum cōsortium omniumqz bonorum an
helamus affectum. **H**anc teneam⁹ in di
uine maiestatis fieri domicilium concu
piscimus. **S**ic enim familiaris ē deo ca
ritas. **E**t ipse mansionem habere nolit.
Ubi caritas non fuerit. **S**i ergo carita
tem habemus. ⁊ utiqz deum in nobis ha
bemus. quia deus caritas est. **Q**uid igitur
opus est. ut longe vageris. **Q**uid gl
rum celi perlustras. ut deum videas. **I**n
tuere conscientiam tuam. **A**ttende et an
caritatem in ea videas considera. **S**i in
mentis tue ergastulo habitat. et deus ibi
habitat. **S**i caritatem in ea vides et de
um profecto vides. quia deus caritas ē.
Vis o frater. vis. o hermitane videre se
dentem in celo. habeas caritatem dili
gas ante omnia deuz. diligas deinde p
ximū. erequere mandata preceptoris
tui Augustini. ⁊ in te illum sicut in celo
meditaberis sedentem

¶ **Q**uomodo differt caritas a deo.

Ambrosius

Neqz tñ te labi volumus in errore
ut ita existimes caritatē esse deuz
ut eum illum esse mētis nostre ha
ditum credas. quo ei⁹ diligimus maiesta
tem. **A**bsit ut id arbitreris. **S**ciamus enī
deū esse substantiā. eternā imensaz incor
ruptibilem. ⁊ omnium rerum creatricē. qua
les quidem proprietates tali habitui qui
ab ipsa summa dei celsitudine nostris in
mentibus tāqz aliquid creatū ⁊ alteri in
herens infundit. tribui nō possunt. **N**on
tñ ob eam rē mentit⁹ est **J**ohannes. qui
dixit. **D**e⁹ caritas est. qm̄ spiritus sancto
hoc nomen tribuit. qui sicut ⁊ patris. et
filij amor. nex⁹. vinculum. dilectio ⁊ am
icitia dicit. ita ⁊ caritas verius nuncupat
Partienda est igit caritas. ut altera crea
ta alteri insit. altera creatrix in se existat.
Hec illam nobis creat. ⁊ infundit. per illa
lam ad istam tendimus ⁊ devenim⁹. **N**o
la via. hec finis. illa mens perficit. p hanc
perfecta in suo regno locat. **I**lla totū tri
nitatis munus est. hec patris ⁊ filij sum
mū ⁊ imensum est donū. **I**lla nempe ex
nihilō creat. hec a patre ⁊ filio de vtriuz
qz substantia proculdubio spirat. **I**lla de
solius trinitatis arbitrio dat temporalit.
hec diuina cōcomitate natura producit
eternaliter. **P**er hanc pater ⁊ filij mutuo
se diligūt. per illam nos felicit deū ama
mus ⁊ proximū. qz qz illo spū. qui ⁊ car
itas est. ut nostro vnito. veluti non absur
de quidā estimauerūt. vtrūqz deū. s. ⁊ pro
ximū merito complectamur amore. **E**t
qm̄ vtraqz ad beatitudinē facit vtraqz ho
minū mētis incendit. vtraqz inflamat et
nectit. lz in lris dispari efficiētia. vtraqz
merito. vno singularissimo ⁊ fundit voca
bulo.

¶ **D**e modis quib⁹ habenda ē dilectio.

Ambrosius
Et qm̄ deū atqz p̄xim iubemur di
ligere. p̄inde quō vtraqz. ⁊ q̄ circa
deuz. ⁊ q̄ circa p̄xim versat dile
ctio tenenda sit. indagandū ē. **E**st enī illa
q̄ sumo ac prepotenti. vñ deo. eminenti.
cōtinuitatis. vehemētie. inreferibilitatis
qz modis dz eē circūornata. **E**minentie in
quā modū iprimis tenere dz. qm̄ cū dile
ctionis obiectū bonū sit. tāto vnūquodqz
magis dz amari. q̄to maius eē bonū di

gnosci. **A**t eni dicitur immortalē deū. ob sui
 imensitatē. eternitatēq; sūmū ac sup̄mū
 esse bonū. **H**ec vtiq; alio bono bonū. sed
 vt h̄ bis d̄ iui Augusti vtar. **I**psū bonū
 eē ois boni bonū. **Q**uo circa sup̄ oia bo
 na ei d̄ diligenda maiestas. **Q**uā ipsa nob̄
 h̄itas insinuauit cū dicit. **Q**ui amat p̄ez
 aut m̄rem. fratres. aut sorores. aut etiā z
 aiā suā plusq; me. nō est me dignus. **E**ā
 obrē. parēs n̄r̄ prestātissim⁹ Augustinus
 ad nos filios suos sermonē dirigēs hanc
 dilectiōis eminentiā celsitudinēq; cōtem
 plās intonuit. **A**n̄ oia hoc ē pu⁹. z super
 singula creata fr̄es carissimi diligat de⁹
Cōtinua insup̄ z iugis d̄z eē dilectio. q̄ i
 sūmi dei ferunt celsitudinē. z vsq; ad ex
 tremū vite succēsi. illa feruere debemus.
 qm̄ ipso teste. nō q̄ inceptit. sed q̄ p̄seuerā
 uerit vsq; in finē h̄ salu⁹ erit. h̄ in quā dile
 ctionis assequē premii. h̄ verā eternā ue
 acq̄rit felicitatē. **Q**uid enim p̄dest rex ag
 gredi exordia. si a p̄sequēdo sine aim̄ ai
 tim⁹. **P**roficiētē eni magna ē imputāda
 p̄fuso. si cū possit et debeat. ad institutuz
 p̄fētūq; terminū m̄ime p̄tenderit. **H**unc
 phoz̄ princeps Aristoteles in egregio de
 aiā volumie. a fine oia appellari asseruit
Egregi⁹ q̄z vates Naso cecinit. **E**ritus
 acta p̄bat. **V**ebemētēs q̄z ac sūmo feruore
 succēsi esse debem⁹ tā excellē. tāq; imē
 sum bonū. q̄le ē sūmi dei maiestas dilige
 tes. ne qd̄ absit. tāq; tepidos nos suo vo
 mat ex ore. hanc nob̄ vebemētā instituit
 seruandā cū dicit. **D**iligēs d̄nm̄ deū tuū
 ex toto corde tuo. z ex tota mēte tua. z ex
 tota aiā tua. **Q**uib⁹ in h̄bis p̄fecto nullā
 in vite n̄re p̄te reliq̄t q̄ vacare debeat. z q̄
 locū dare. vt alta re velis frui. **S**ed q̄cqd̄
 aliud diligendum venerit in aim̄. illuc ra
 piat. q̄ tot⁹ dilectionis ip̄et⁹ currit. z quo
 vn̄iūse n̄re vires. vn̄iūse potētie. vn̄iūsaq;
 mēbra sunt dirigēda. sicut ip̄e p̄ceptor n̄r̄
 eo in libro quē de infirmoz̄ visitatiōe edī
 dit ita monet. **D**iligat deū tuū ocul⁹ tu⁹.
 man⁹ tua. pes tu⁹. z ois sensus tuus. z tu
 tot⁹ diligas deū. z vt tu tot⁹ diligaris ab
 eo. **E**t ceu in libro meditationū exclamat
Immēsus es o d̄ne. z sine mēsurā debes
 amari z laudari ab his q̄s tuo p̄ciofo s̄
 guine redemisti. **D**eus fr̄es dilectissimi si
 hō hōiem tantā diligit dilectiōe. vt alter
 alterz vix patiāq; abesse. sicut sponsa sp̄sō

tanto p̄glutināq; mētis ardore. vt p̄ ma
 gnitudine amoris n̄lla p̄frui valeat req̄em
 viri sui v̄sentiā cū inexplabili ferēs me
 rore q̄ dilectiōe. q̄ studio. quo feruore aiā
 n̄ra. quā sibi sūma ei⁹ benignitate cū inef
 fabilib⁹ inenarrabilib⁹q; ornamētis excel
 sa ei⁹ maiestas. fide z miserationib⁹ des̄p̄
 sauit deū. s. vez z pulcherrimū ei⁹ sponsū
 qui eam sic adamauit. vt p̄ ea saluanda
 mori nō dubitauerit. diligere d̄z. **P**ostre
 mo ineffabilē dei maiestatem sic adamare
 debem⁹ vt p̄ n̄m̄ amore illā in finē alium
 nō referam⁹. **N**ā cū sūm⁹ z vltim⁹ oim̄ re
 rū finis existat. q̄ pacto si recte illā diligi
 mus. p̄pter aliū diligim⁹. **P**reterea sicut
 a n̄ro edocti sum⁹ p̄ceptor. solo deo fru
 endū ē. qm̄ illo fruimur q̄ b̄ti effimur. in
 q̄ sp̄e ponim⁹. vt ad id pueniam⁹. **H**ec de
 re in libro de doctrina xp̄iana. **H**ec q̄
 bus fruēdū ē diffinit eē p̄iem̄ filiū z sp̄m̄
 sanctū. eadē t̄n̄ trinitas. vt adiecit. q̄dā sū
 ma res est cōisq; oibus fruētib⁹ ea. si t̄n̄
 res dici d̄z. z nō rerū oim̄ cā. si t̄n̄ z cā. n̄
 eni facile iueniri p̄t nomē qd̄ tāte excel
 lētie pueniat. nisi qd̄ meli⁹ d̄i trinitas vn⁹
 de⁹. **A**t eni sicut ab eodē p̄clare diffinituz
 ē. **F**ruī quidē nil aliud ē. q̄ amore ibere
 re alicui rei prop̄ seip̄am. **Q**uā z clar⁹ in
 eminentissimo de trinitate voluie h̄sce h̄
 bis insinat. **F**ruimur cognit. in q̄b⁹ ip̄is
 p̄pter se volūtas delectata p̄q̄esit. **E**x q̄
 bus sane fit. vt eo pacto a nob̄ sit dilige
 dus de⁹. vt dilectiōne q̄ tantā cōplectimur
 celsitudinē. in nullā referam⁹ creaturā. q̄
 si sec⁹ a q̄piā fiat. m̄ix quidē imodū ober
 rat. qm̄ nēpe nulla maior pueritas ē sicut
 eidē n̄ro parenti excellētissimo placuit. q̄z
 vtēdo fruēdis. z fruēdo vtēdis. **C**ōtera
 mus igit̄ sūmi impatoris maiestatem. cū ei⁹
 natura eterna infinita. imēsa. incircūscri
 pta. rerū oim̄ p̄ncipiū. atq; finis. sūmūq;
 sit p̄cellētissimū atq; ineffabile bonū. imo
 si rect⁹ loq; volum⁹. ip̄e sit p̄ essentiā bo
 nitas. simplex. purissima abstracta. z ois
 penit⁹ exp̄pers p̄cretiōis. mō eminentissimo
 iugi atq; perhenni vebemētissimo. z dent
 q̄z inreferibili a nob̄ amari oportere. q̄s q̄
 dēmodos fornarista caritatis Augusti
 nus cōtēplās vt nos eterne felicitatis cō
 potes fierem⁹. exorsus ē. **A**n̄ oia fr̄es ca
 rissimi diligatur deus ita vt illa p̄positi
 onis nota. nō solū prioritātē significet.

sed etiā supioritatem insinuet. **Q**uod enim superius est alteri, plus necesse est, ac punde eminentie vehementie, irreferribilitatisq; modos designet oportet. **S**ed ut tā salutariferū mandatū adimplere valeamus arrectis aurib; eundem nrm pceptorem, in libro de beata vita docentē audiam.

Ille inq̄t deū diligit q̄ suis in oibus mā datis obtemperat. Ille deū diligit, q̄ leges ei; et pcepta custodit. Ille deū diligit, q̄ se ut ille sanctus est, et ipse sanctificat, sicut scriptū est. **E**stote sancti, quia ego sanctus sum. **D**ns deus v; deū apprime diligit, qui et il lud pphete implet eloquiū. **Q**ui diligitis deū odite maluz, deum diligit q̄ nihil aliud q̄ celestia cogitat et diuina, de; enī nō nisi sanctitatis et iusticie et pietatis existit amator, nēpe ille deū diligit, q̄ nō aliud q̄ qd de; amare videt operat. **Q**uid aut sit deū diligerē, dñs et saluator n; declarat dicēs. **Q**ui audit vba mea et fac ea, hic est q̄ diligit me. **I**gitur ille deū diligit, qui qd deus pcepit facit. **Q**uia qui nō facit, nō diligit. **S**tudeam; sūmi dei mā data seruare, et sic ei; diligemus maiestatem, et eo pacto ea adimplere nitamur, ut ex toto corde, et ex tota aia, et ex tota mente, illū diligerē videamur. **N**os qui ad vitā eternā puenire pposuim;. **V**ita enim eterna ē totum premiū, tota merces, et denari; a procuratore vinee celestis nobis p laboribus nostris reddit; gaudem; eius pmissione; pmiū tñ pcedere merita non pōt, igitur nō debemus pscere pmiū, ante q̄ illud mereamur accipe.

Viso quō diligendus est de; sequit̄ videre quō diligendus ē proximus.

Ambrosius

Quā hē due dilectiones, dei, scilicet et primi adinuicem sunt cōnecte, id est doctor pcellentissim; mādato de diligēdo deo adiecit, deinde prim;. **N**ō enī dilectio dei pōt esse in hoiet qui nō diligit primū, nec dilectio primi in eo q̄ nō diligit deum. **Q**uo circa nonnūq; alterz sine altero, siue h; siue illud, p plena doctrina inuenit cōmemorasse scriptura, ut etiā p hoc intelligat̄ eoz tāta esse cōnectio ut alterum sine altero esse nō possit, qm̄ q̄

diligit deum sicut paulo ante astruim; facit et implet iussa dei. **A**t enī ex his vnuz pclarissimū est, et pmo mandato teste saluatore sile ut primū, scilicet diligam;. **S**ed q̄ pacto ipsum diligerē debeam;. **D**ocuit eū adiecit, sicut te ipsum. **N**am in pcepto caritatis tria inuenit hō que diligit, ut pote deū, se, et proximū. **E**t qm̄ ille in sui dilectione nō errat, qui deū diligit cōsequens sit, ut primo ad diligendū deū cōsulat, q̄ imbet sicut seipsum diligerē. **S**ic enī v; sui, sic filijs, sic domesticis, sic ceteris quibus poterit hoibus, ac p h; erit patus oī homini, qm̄ in ipso est, hoim; ordinata cōcordia, cui; ordo est, ut iprimis nulli noceat, deinde etiā ut pro sit cui poterit. **P**editare igitur q̄ diligerē nil aliud ē nisi bonū velle et bonū optare. **D**editare q̄ sunt bōa, que tibi optare debes. **P**editare que sūt q̄ ad tuā faciāt salutē. **Q**ue te adoptatam desideratāq; felicitatem eternā inducere queūt, hec p tuo primo affectes, hec p eo procurare nō desistas, et eo pacto illū sicut te ipsum diliges. **P**roinde in libro de morib; ecclesie, huius adimplendi mandati Augustinus seruz modūq; describēs dixit. **Q**ui diligit primū agit q̄ntum pōt, ut salu; corpore, salu; aīo sit, sed cura corporis ad aī referenda est salutem. **E**t in libro de doctrina xpiana inq̄t. **Q**uisq; recte diligit primū, hoc est cū eo debet agere, ut etiā ipse toto corde, tota mēte, totaq; aia diligit deū. **S**ic enī illū diligens tāq; seipsum, totam dilectionē sui et primi refert in illam dilectionē dei, q̄ nullū a se riuulū dari esse patitur. **S**ed quisnam sit iste primus, quez sicut nosmetipsos diligerē debem; in libro de disciplina xpiana apte indica uit dicens. **N**on enī primo sic debes diligerē proximū, ut fratrem vel cognatū vel affinē. **P**roximus ē enī omni hoī oīs homo, primi sibi dicunt̄ pater et filius, socer et gener. **F**il tā primū q̄ homo et hō. **S**ed si putas nō esse primos, nisi qui de eisdem parentib; nascunt̄. **A**dā et Eua; intendamur, et oēs fratres sum;. **Q**uidē si fratres sūm; q̄ hoies sumus, q̄to magis sūm; q̄ xpiani sumus. **A**d id q̄ homo es, vnus p; fuit Adā, vna mā fuit Eua. **A**d id q̄ christian; es, vnus p; est deus, vna māter est ecclesia. **Q**ue et si pclare dicta

z verissima sint. discernit tñ in plerisq; locis sue sententie hominem ab homine de^o vt hunc amicum. illum ho inimicum no strum appellet. z vtrūq; ab ipso inbemur amare. amicum quippe in eum. inimicum ho propter eum. Ob eam rem diu⁹ Gregorius ait. Ille eni veraciter caritate habet qui amicum diligit in deū. inimicum ho diligit propter deum. Amicus idcirco in deum diligendus est. qm̄ preter ei⁹ naturam in se habet. quo diligi mereat. bonum vtpote z oblectamentū amicitie. qz tamen noster amor. noster affect⁹. no strag dilectio in eo sistere tāq; in nostro fine minime debet. hunc scz amici nostri amorem in illud bonum. tāq; in mai⁹ atq; prestantius referre debem⁹. quod hu⁹ ius est causa boni. Inimicus ho diligendus est propter deum dūtaxat. quoniam tāq; inimicus nihil in se habet amabilitatis. z ideo iubemur illius gratia ipsum diligere. q̄ omnis diligende nature fons est z origo. cuius etiam ipse inimicus gerit imaginem. Omnis enim homo vt inimicus vt peccator. z vt aduersari⁹ nequa q̄ est diligendus. sed vt naturā habet humanitatis. vt imaginem gestat sūmi dei. vt plasma ē summi opificis. ergo propter ipsum est amandus. quatenus eū sequamur. qui in cruce pendens pro crucifixoribus exorauit. Propter deum igitur peccatores amemus. qui propter peccatores saluandos de celo descendit in vterū virginis. qui tacēs ppter eos colaphos accepit. verbera sustinuit. crucifixus est. z moriens voluit ad inferna descendere. O ineffabile dei bonitate. o inenarrabile clementiā. o inexplicabile caritate. vt p redimendis saluādis gloriādisq; pctōnib⁹. tā scerbam pegrinationē tā equo gō tulit. Et qm̄ ab ipso sapientie ac sūme pietatis magistro discere debemus. manda uit nobis. vt nostros etiam propter eū diligamus inimicos. Compello celū. z vo co terram vt pietatis dominice nouitate z terra stupeat. z celum imite⁹. que mens sentit. q̄s capit audit⁹. que doctrina tradit. Ad qd̄ euangelista imo euangelistaz pceptor attrahit xpianos auditores dicēdo. Diligite iūmicos vros. Nec recipit h mortalis sensus. Nec h viscera humana capiūt. reculat hec cognitio carnalis. hoc

seculi nō admittit audit⁹. Imbecillis animus amantes amare nō sufficit. z diligētes diligere vit valet. incōstans ho is natura. Nonne filij parentes. vxorē vir. vtrum vxor. fratrē frater. ciuem cuius. parēs parentē sepe feralib⁹ odijs persequunt. et de caritatis vinculo nodos alligāt odiorum. lumentes de pace bellum. de cogitatione disfidium. z ipsa fit cā odij. que fuerat res amoris. Et si ista que p natura sūt sic orbitant a natura illa que cōtra naturam sunt. quis inserit nature. ira mali cā est. amor ho est res nature. amor ḡ z tra sic diuisa sunt vt pungi nequeant. Et q̄ modo dicit. Diligite iūmicos vros. odio habentes nō odisse. persequētes nō persequi. z pro persequentibus orare. Non valet animus carnis onere pgrauat⁹. Dec tñ loquentes despationē nō facimus. sed vt recte solat pceptor n^r Augustinus. Celestis pcepti magnitudinē de terrena ipossibilitate monstram⁹. quaten⁹ iplere illud. nō sit humani opis. sed diuini muneris ipso xpo auctore q̄ dicit. Que impossibilia sunt apud hoies. possibilia sūt apud deū. Iubēdo de velle tuū q̄rit. pot se dat ipse qui pcepit. Si eni lapis lapidei iustus cū sit vterq; frigidus. emittit ignē. inimicitarū ignes iūcti. quā pnt conflare z cordiā. nōne regnā gētes. populi ditz inimicis inimicitias reddūt. mundū vniuersum hscindūt. bellis sanguinem pfundunt. Seuicte discordia. ardet mund⁹. et ea sola penite. in seculo nō manet incendiū. Sicut aqua extinguit ignē. ita dilectio restringit incēdia. dilectio eni est pacis vnda ros gratie. caritatis imber. semē cōcordie. affect⁹ germen. amoris fructus vberim⁹. z deniq; vt illud. q̄ alti⁹ dicit nō pōt. explicē. dilectio deus ē. q̄ seruos suos inimicitijs nolens subiacere inimicitias imperauit auferri. easq; voluit dilectione placari. furore caritate cōpesci. z in amorem ipas inimicitias cōmutari. Sic enim imutatur quisq; deū. si dilectioe interficit iram. si amicum de inimico. de hoste fratē. de prophano sanctū. De sacrilego religiosū. de gētili efficit xpianū. Vn postq; d̄ pdicta dilectioe locut⁹ ē. adiūxit vt sitis filij patris vri. qui in celis est. quā qd̄ filiatiōē. vt adipisceremur. a caritate mādato regulā tradēs aplicā n^r incepit

p̄ceptor cum dicit. **¶** *An oia fratres carissimi diligat deus. deinde primi.* **¶** *Haec sunt due ale. amor. scilicet dei et primi. quibus euoluimus ad celos. transimus ad sanctos. inserimur inter angelos. uiuimus in eternum. iubilamus ac gaudemus absque fine. et filii dei per adoptionem effecti eternam possidemus hereditatem.* **¶** *Ubi Augustinus apud Prosperum ait. Ubi istis generis uirtutum que caret aliis celorum. ad regnum non habet uiam uolet.*

Textus secundus

Augustinus

Hec sunt que ut obseruetur precipimus in monasterio constituti. Primum precipimus quod in unum estis congregati. ut unanimes habitetis in domo. et sit uobis anima una et cor unum in deo.

Comentum secundum

Ambrosius

Omnis doctrine et discipline ordo. is est. ut a maioribus tanquam magis necessariis ac notioribus sumatur exordia. intendaturque subinde ad ea que magis distincta sunt et spalia. Perinde precepta a saluatore nostro omnium hominum nationi data Augustinus his fratribus que in monasterio sunt constituti. tanquam etiam communi lege astricti seruanda instituit. cum exorsus est. **¶** *An oia fratres carissimi diligat deus. deinde primi. postmodum quod coram e. eiusdem nominis est appropiare. cum dicit. Primum. utpote mandatum. a me preceptore uero uobis filiis carissimis datum. illud nepe est. propter quod in unum estis congregati. utpote ut unanimes habitetis in domo. et sit uobis anima una. et cor unum in deo.* Profecto tunc fratres unanimes habitant in domo. quoniam unum habent animam. unum uelle. unam denique mentem in his faciendis que placita sunt deo. siquidem ut que admodum in una continentur domo. ita una dilectionis biga ad se mutuo diligendum. et sibi iuicem subueniendum. et ad diuina implenda precepta regantur. quibus uerbis apte. prius indicauit amorem. quoniam ut in alio astruimus sermone ad habendum est primi. ad que nosmet ipsos diligimus. Dilectionem autem dei innuauit cum dicit. **¶** *Sit uobis anima una et cor unum in deo. Haec cum nos dilectio dei a mundo sepe. deo quoque conungat. sic enim nobis erit anima una et cor unum in deo. si ex toto corde. ex tota mente. et ex tota anima sua diligemus ma-*

iestate. propterea scriptum est. **¶** *Deus caritas est. et que manet in caritate in deo manet. et deus in eo.* Ecce que dilucide queque sub alijs uerbis eandem replicauit sententiam. non tamen ob eam renouatione reprehendi debet. tanquam in suo superfluo extiterit sermone. quoniam in exordio coram e. recitatum fuit mandatum. in sequentibus quod coram e. suis fratribus appropiauit apertius horum adimplendorum preceptorum maiore eis uenire necesse. tanquam si patenter diceret. **¶** *Ob eam causam uos in monasterio in unum uenisse dicimus. ut ceu una uos continet domus. ita his duabus dilectionibus. dei. scilicet et primi. uniti et colligati unam habeatis mentem. ad ea oia facienda. que summo ac potentissimo deo placita esse dignoscitis. quoniam si prefata precepta hi que in seculo sunt que habitatio. et sortitio et iugi comione sunt sepati adimplere tenentur. quanto magis uos que unam colitis domum. uno uictu degitis. unum estis sortitij. uno denique estis uoto astricti.* Quod egregie in sermone de filio predicato indicauit dicens. **¶** *Pacem et dilectionem inter uos habete. quia estis fratres. quia in hac uasta solitudine sicut estis congregati. Uno enim pane uno indumento. uno nigro colore. una aqua omnes sicut participamus.* In his enim uerbis apte insinuat inter eos neque fuisse. neque esse debuisse quicquam diuisum quod ad ueram corporis aieque pertineret salutem. **¶** *Et si hec que corporalia et carnalia duca esse cernuntur. sic eis esse comia. ut singula singulis. et oia omnibus unum sint oportet. quanto magis tanquam uno indissolubilibus nexu una debet caritate sicut complecti. deum. et proximum. sine errore amantes.* Possumus et alie locum hunc interpretari. ut altruam sicut proculdubio fuit. diuini Augustini tres regulas edidisse. Primum quidem ex omnium firmum in more pisano solitarie comorantium decreto. In qua ut in dissoluede. permissionis efficacissimum preberet testimonium. singuli pro primum. ceu in ipsa expressit dignoscitur contineri. cyrographum addidere. cuius quod exordium est. **¶** *Cori diffinitione decreuimus apud uos. quod nunquam postmodum ab ullo poterit infringi. Residentibus in monasterio. in nomine domini nostri iesu christi. omnibus placuit unum sentire. Altera cuius initium est. **¶** *An oia fratres carissimi diligat deus. deinde primi. quia ista precepta sunt principaliter uobis data. Quale autem oporteat uos orare uel psallere descripsimus. Hanc autem ut quibusdam placet fratribus heremitanis apud centum cellas comorantibus**

ribus dedit. vel ut alijs libet illis. quos in
 Aethiopia in primo monasterio congrega-
 vit. plerique censerunt. ut etiam in monte pi-
 sano eam ediderit. postquam autem creatus est
 Sponensis antistes. tertiam ex his dua-
 bus. et ex quibusdam alijs salutiferis do-
 cumētis ad nos fratres suos heremita-
 nos conscriptis. que ipsi paradisi nuncu-
 pavit margaritas. confatā edidit. quip-
 pe quam et vobis prioribus filijs suis et
 clericis. quos in domo episcopi ad regu-
 larem. apostolicamque vitam reduxit. voluit
 esse cōmunem. quod usitari nemo po-
 test. cum ipse in sermone de tribus gene-
 ribus monachorum patēter asseruit. eos
 heremitas plura observare. quā in hoc spe-
 culo demandauerat. Hanc enim speculū
 appellavit. quoniam quecumque in illis cō-
 tinebantur. et singula ad nostram salutem
 oportuna in hac vna velut in speculo quā-
 dam possumus intueri. Hec ut plerique as-
 serunt eo loco incipit. ubi legitur hec sunt
 que ut observetis precipimus in mona-
 stero constituti. Primum propter quod
 in vnum estis cōgregati etc. ita tamen ut
 prima clausula utpote. hec sunt. que ut ob-
 servetis precipimus in monasterio consti-
 tuti. sicut in vetustissimis emēdatissimisque
 libris reperimus. Rubrica sit sequentis
 sermonis. ubi connumerando p̄cepta ini-
 tiantur tertium dicens. Primum propter
 quod etc. quibus si assentiri licet manda-
 tum de diligendo deo ac proximo. quod
 secunde regule exordium esse nemo sane
 mentis. et in operibus Augustini exerci-
 tatus ambigit. Idcirco aditum fuisse cē-
 sendum est. quatenus expressius ad id ser-
 vandum excitemur. vebementiusque inflā-
 memur. ceteris quidem p̄termissis. quon-
 iam in hac postrema ordinationi modo
 atque eleganti quodam stilo sunt omnia
 illa conscripta. Quisquis autem Augu-
 stinum in hac etiam ita fuisse exorsum ve-
 lit. priorem nostram imitetur interpreta-
 tionem. Quocumque modo res se habue-
 rit. ita exunij atque p̄cellentissimi docto-
 ris meus est suscipienda ut quemadmo-
 dum ipse dei ac proximi ardebat amore
 ita et nos suam doctrinam vitāque sectan-
 tes. vere caritatis succedamur feruore.

Ambrosius

Itaque hac ambiguitate reiecta ad
 littere interpretationem acceden-
 tes. que in ea sunt contenta expo-
 namus. Videamus igitur in primis de mo-
 nasteriorum constitutione. quoniam in-
 quit nos in monasterio constituti. **H**anc
 tria doctor excellentissimus Augustinus in
 aethiopia fundavit monasteria. eque ac in
 sermone de iusticia ipse aperte hisce ver-
 bis declarat. ut bene noscitis fratres caris-
 simi tria monasteria apud Sponem dei
 gratia merui laudabiliter ad honorem san-
 cte trinitatis construere. quorum Primum
 hoc est. in quo iam annis multis modi-
 co pabulo contenti hilariter cōmoramur
 bestijs associati ab auibus ministrati. cibo-
 rumque impernentes delicias. visus hominum
 fugientes. et ideo non ego miser. sed vos
 sepe angelorum estis assueti colloquijs.
 Aliud quoque monasterium in horto. quē
 sanctus pater Valerius mihi dedit edifi-
 catum est. Et quoniam postquam episcopus
 factus sum. nec semper hic vobiscum ha-
 bitare potui. nec cum fratribus qui in al-
 tero positi sunt monasterio. Propterea in
 fratribus domū episcopi mecum habere volui
 monasterium clericorum. ut cum eisdem pa-
 riter secundum apostolicam traditionem viuerē
 sicut et vobiscum hactenus vixi. Quibus
 sane transigitur. quod cum tam heremitas.
 quā etiam clericos in monasterio cōstitu-
 rit. quod ad utrosque hanc regulam dixerent.
 Augustinus igitur in monasterio constitu-
 tus. ut se religiosum. sicut semper post ba-
 ptismatis lauacrum fuit. fateretur. ab eis
 quos in monasterio constituerat. ut eorum
 se p̄ceptorem. se parentem. seque funda-
 torem assereret. ac denique ab eorum succes-
 soribus. p̄ceno iussit affectu hec que in hac
 continēt regula observari. Ob eā enī
 cām dei sanctorumque patrum. quibus collata
 est iubēdi potestas. nobis p̄cepta leguntur.
 quatenus lecta intelligantur. intellecta opere
 compleantur. quoniam sicut diuini ubi p̄cepto ex-
 cellentissimus Paulus clamat. non audito-
 res legis sumus. sed factores iustificabuntur.
 Nec ab hac sententia dissentit Marc' Tullius.
 in officiorum libris. uturque omnia laudem in
 actōe consistere asserunt. Et diu' Jacobus
 scribit. Si quis in lege perfecte libitatur. perspe-
 xerit et p̄miserit non auditor obliuiofactus
 sed factor operis. h. beatus in facto suo est.

P

Q

Et dei hominisq; filius Iesus xps in euāgelio dicit. Beati qui audiunt verbū dei & custodiunt illud. Custodire enim verbum dei est ea facere. que per ipsum iubentur. cuius celsitudini Augustinus capiens parere. aliosq; ad ei obtemperantes excitare dixit. Mandata dei siue cum leguntur. siue cum memoria recolunt. tāq; speculuz intueri debemus. & eo pacto ad eorum obseruantiam esse parati. vt si aliquid inuenerit. quod secundum homines videtur iniustum. iniustum credatur. & fiat. cuius voluntas est sola vera iusticia. Per inde in comentarijs super Iohannes vi ce dei loquentis functus ait. Qui habet mandata mea & seruat ea. ille est qui diligit me. Qui habet in memoria et seruat in vita. qui habet in sermonibus. & seruat in moribus. qui habet audiendo & seruat faciendo. aut qui habet faciendo & seruat perseverando. ipse est. q̄ diligit me. Opere est enim demonstranda dilectione sit infructuosa nominis appellatio. quoniam vt egregius doctor Gregorius preclare inquit. Probatio dilectionis exhibitio ē operis. Quo circa sic ad ea. que nobis in monasterio constitutis traduntur precepta attendamus. ne quod absit in nobis illa pertimescenda verificetur sententia. q̄ ait. Seruus qui scit voluntatem domini sui. & non facit illam. plagis vapulabit multis. Namq; contemptus cuiuscunq; precepti. teste Hieronymo. precipientis iniuria est. in quouis proposito. in quouis gradu. equale peccatum est. vel prohibita admittere. vel iussa nō facere. Itidem Bernardus affirmans ait. Iussa siue culpa non negliguntur. & sine crimine non contemnuntur. Itaq; siue de siue homo vicarius dei mandatum quodcumq; tradiderit. pari profecto obsequendum est cura. pari reuerentia deferendum. deferendum autem censeo cū perfecta parandi dilectione. quoniam vt in libro de vera innocentia. Augustinus disseruit mandatum dei si timore fit pene. potius q̄ amore iusticie. seruiliter fit non liberalliter. & ideo bene non fit. Non enim bonus fructus est. qui non de caritatis radice procedit. Neq; ob eam rem serui dei expauescere aut trepidare debent. quoniam non est aliquod preceptum tam ar-

duum. quod diligenti religiosoz menti facile non sit. Unde Leo pontifex maximus. Nihil humilibus arduū. nihil nutibus asperum indicans. facile inquit omnia precepta veniunt in effectum. quādo gratia pretendit in auxilium. & obediētia mollit imperium. nec dura ibi necessitate seruitur. vbi diligitur quod iubet.

Augustinus

Primū est propter quod in vnus estis cōgregati. vt vnanimis habitetis in domo etc.

Ambrosius

Iam h. q̄ superiore in littera ce prelibauimus nobis fuit demandatum vt deum ac proximum diligamus. neq; preceptū hoc ab illo. nisi tāq; quoddam appropriatum ab eo. quod dicitur fuerat in quadam generalitate inuicem distare videtur. Sed cum hoc in loco. de vnanimitate cohabitatiois nostre. quam concordiam domus appellamus. mentio fiat specialis. Idcirco de ipsa aliquid differendum putauim⁹ contemplari. Imprimis eius nominis interpretacionem. Subinde quante sit efficacie. quantumq; glorie mereat. ac demū quantum in vna domo cōmorantib⁹ sit oportuna dicituri. Concordia igitur nil aliud esse arbitramur. nisi plurium animorum vnitatem ad aliquid siue bonū siue malum pagentum. Nam cum cor ab animo nō distet. iuxta pietissimam Saluatoris petitionem dicentis. Fili da mihi cor tuum. plurium cordium. animozq; vnitates. eandem significationem expolunt. Ad enim tāta maiestas cor carneum. sed animū postulauit sibi donari. ac si aperte dixerisset. Non tm̄ a te exteriores o fili actiones exquirō. cū ille sepe nūero in tua non sint potestate. sed bonam agēdi intentionem. rectuz animū. rectaq; exigo mentē. Et cum duplex sit concordie genus. alterum ad peccandum. alterū ad bene agendum institutum. Nobis primum cauere sumopere debemus iuxta sapientissimi Salomonis consilium monentis. Fili si te lactauerint peccatores. ne acquir

escas eis. **O**b eam rem diuus Augusti-
 nus vehementer in sermone de pace do-
 lendum esse inquit. **S**i superbi. si impij. si
 perfecta caritate carentes pacē et concor-
 diam habeant adinuicem. quoniam sicut
 multum nocet inter bonos discordia. ita
 multū obest inter malos concordia. **L**ūc
 enim augent omnia pessima que fieri vel
 excogitari ab hominibus possunt. quan-
 do scilicet mali pacifice et concorditer vi-
 uunt. atq; summo studio summaq; ope
 niti debem⁹ amplecti. quo scilicet ad be-
 ne agendum ad seruendum creatori no-
 stro. ad eius implendam voluntatem de-
 bemus vniri. quoniam hoc est propter
 quod in vnum sumus in monasterio con-
 gregati. vt in summi dei seruitio vnū ani-
 mum vnum spiritū. vnum cor. vnāq; mē-
 tem habeamus. **I**dcirco iubet vt vnani-
 mes habitet in domo. et sit nobis anima
 vna. et cor vnum in deo. **N**ihil enim pro-
 fecto personarum confert congregatio. si
 adsit spiritualium mentium dissensio.
Quid enim prodest. si nos vna continet
 dom⁹. et diuersa se iungit volūtas. **N**āq;
 multomag⁹ diuina celsitudo ad animo-
 rū. q̄ ad loci attendit vnitatem. et iō an-
 nitendum est. vt si personaliter sanguine
 natione. morib⁹. vel quacunq; alia re dif-
 ferimus. in monasterio congregati. vinculo
 simus perfecte caritatis coniuncti. **N**āq;
 finis nostri ingressus ad monasteriū. no-
 stre cohabitationis is est. vt per opera
 penitentie expiari. p̄ spirituales actiones
 puri et initiati effecti. per hanc religionis
 bigam. eternam acquiramus felicitatem
Et enim bonarum mentium vnitatis. pax
 tranquillitas. concordia. serenitas men-
 tis. et caritas est. que multitudinem ope-
 rit peccatorum. q̄ gratiam impetrat. men-
 tem subleuat. animus cum deo nequit. q̄
 tem in summo ac superno bono meretur
 adipisci. **P**erinde vates dei excellentissi-
 mus **D**auid in psalmos cecinit. **E**cce q̄
 bonum et q̄ iocundum habitare fratres
 in vnum. quod nos in vno pacis vinculo
 in vno caritatis seruoze. in vno concor-
 die neru degere interpretamur. talis au-
 tem conuentus. talis cohabitatio. talis fra-
 trum vnio nempe similis est vnguento.
 quo linitum **A**aron caput extitit. quod
 ex capite in eius barbam. et in ora vesti-

menti fragrans descendit. **S**imilis est re-
 ri hermon. qui descendit in montes syon.
 quoniam sicut ibi. ita et in bonorum fra-
 trum et vnanimiter et concorditer in deo
 viuentium domicilio deus maiestatis in-
 tonuit. mandauitq; sua magnitudo be-
 nedictionem et vitam in seculum seculi.

Ineffabilem fraterne vnionis virtu-
 tem. **E**tenim nihil efficacius est ad pro-
 picandum deum fraterna concordia. **D**ic
 saluator ait. **S**i duo vel tres ex vobis cō-
 uenerint in terra. in medio eorum ego sū
 et quicquid petierint fiet eis. q̄ si paucis
 tanta prestatur fiducia impetrandi. q̄to
 magis si plures in monasterio constituti
 domino prosternamur diuinorum mune-
 rum erimus susceptores **A**memus igitur
 concordiam fratres. sequamur vnanimis
 tatem. cor vnum et animam vnā habea-
 mus in deo. vt vnus spiritus efficiamur
 cum eo. **N**am he sunt primitie spiritus.
 quas tonantis dei maiestas in nostre cō-
 uersionis exordio a nobis ei iubet offer-
 ri. eius eterna sapientia clamitante. **F**i-
 li da mihi cor tuum. nāq; animo corde et
 voluntate prius ad eum vecti. inuictissi-
 mi aduersariorum efficiamur pugnatōres

Quid igitur tibi commune est cum dis-
 cordia frater. **Q**uid similtates amas.
Quid tibi libet. quod tuo nō potuit pla-
 cere auctori. **N**onne ipsum in euangelio
 audis dicentem. **Q**ui non est mecum. cō-
 tra me. sed quo pacto enī chusto esse. aut
 cum eo habere concordiam potes. si dis-
 cors volueris esse cum christiano. **N**on-
 ne in contumacie crimen laberis. si omit-
 tis quod ab eo precipitur. aut ab eo de-
 clinas. quod impatur. **Q**uid exeres in-
 iurias quas nec illa euadere potuit. q̄
 eas primitus adinuenit. **I**n initio inimi-
 citias in prothoplaustum dū serpens ex-
 ercuit interfectus est. **P**erinde **A**ugusti-
 nus in libro de verbis domini de sugges-
 store prothoplaustoz inquit. **D**ū homi-
 ni inuidet ipse prosternitur. dum **A**dā
 cupit decipere ipse primitus iugulatur.
Quare aut christi caritatem amplectere
 christiane. aut discordie auctori de simili-
 tudine ipsius ope. parem te esse cogno-
 sce. **I**taq; si vis in monasterio proficere.
 fuge ritas. fuge p̄tētōes. fuge emulatōes
 et cū oib⁹ frīb⁹ deo seruire volētib⁹ p̄cōis

esto. Attendē frater ad id quod Ambro-
sius doctor precellentissimus in libro de
patriarchis monet. Melius ē inquit emi-
grare cum gratia. q̄ cohabitare cum dis-
cordia. melius est sine lite abire. q̄ cū iur-
gio residere. Nempe nulla spacia possūt
esse satis discordibus. quieti autem ⁊ pa-
cificis etiam angusta abundant. dissonis
vero moribus spaciola artantur. imo ad
nihilum rediguntur. quoniam ut **Parc⁹**
Tullius Cicero in preclaro de amicitia li-
bro inquit. Nulla est enim domus tā fir-
ma. tāq̄ stabilis. que odijs ⁊ dissidijs sū-
ditus everti non possit. Proinde roma-
norum tm̄ auctum fuit imperium. ut do-
mini essent vniuersi. quoniam ad parcen-
dum subiectis. ad debellandū superbos.
ad conculcandos rebelles. ad diuinū cul-
tum exercendum. ad pudicitiam conser-
uandam. ad relinquenda propria cōmo-
da. ad comprimendas voluptates. ⁊ de-
niq̄ ad singula honestatis officia extite-
runt concordēs. cum vero proprium com-
modum sectantes abinuicem dissenserūt
de eorum celsitudine sic ad infima deue-
nerunt. ut sicut omnium gentiū ac natio-
num. imo ⁊ totius orbis terrarum prima-
tum monarchiāq̄ tenebant. ita ⁊ omnib⁹
gentibus pene fuerūt effecti obnoxijs.
⁊ iure quidem. quoniā ut prestantissimus
eorum cuius crispus. **Salustius** inquit.

Concordia res parue crescunt. discor-
dia v̄o maxima dilabuntur. Et domin⁹
in euangelio. Omne regnum in seipsum
diuisum astruit desolandū. Idcirco fra-
tres nobis qui sumus in monasterio con-
stituti sumopere necessaria est concordia
Et ideo si cupimus deo placere. displice-
re autem dyabolo. mutuam dilectionem
⁊ concordiam habeamus. quoniam sicut
nihil est preciosius. nihilue gratius deo.
concordie ⁊ dilectionis virtute. ita nihil
est. ut diuo **Gregorio** libuit. dyabolo de-
siderabilius. extinctione caritatis. ac per-
consequens nihil ei odibilius q̄ perfecta
v̄strarum mentium vnio. q̄ hoc nos te-
nemus in terra quod ipse in celo seruare
contempsit. Si concupiscimus igitur sa-
cro sanctam nostram religionem. et eius
monasteria in quibus habitamus. susci-
pere incrementa. Si affectamus nostras
oratiōes. nostra ieiunia. nostras discipli-

nas. nostra sacrificia. nostraq̄ cetera bo-
na a deo acceptari. contentiones. impu-
gnationes. iurgia. dissensiones. conspira-
tiones. ⁊ cetera que concordiam tollunt.
sumopere fugiamus. diligenter attendē-
tes ad id quod luculentissimus **Hiero-
nymus** inquit. Quisquis corpus affligit
⁊ concordiam deserit. deum quidem lau-
dat in tympano. sed non in choro. q̄ vbi
dissensio. inuidia. impugnatio veritatis.
lingue deflux⁹. ⁊ iurgia sunt. ibi chorus
esse non potest. Ad quam quidem vnio-
nem ⁊ concordiam seruandam. fugiendā
q̄ discordiaz. licet innumera habeamus
incitamenta. tamen si nihil contra vinum
discordie. vel cauendum vel sanandū ex-
isteret. nisi plasmatōnis hominis memo-
ria. quod scilicet summus omnium opi-
fer de⁹. propterea voluit vnum creare ho-
minem. de quo multitudo propagaretur.
ut hac ammonitione. in multis concors
vnitas conseruaretur. sufficeret quidem.
Unanimes igitur inquit. habitet in do-
mo. ⁊ sit vobis anima vna. ⁊ cor vnum in
deo. Et quoniam ut **Stoycus** ille **Seneca**
recte sentit. Discordie principium ⁊ origo
est. aliquid ex communi facere suum. Id-
circo preceptor noster pro p̄seruanda con-
cordia. ⁊ tollenda discordia. fm̄ preceptū
adiicit dicens.

Textus tertius.

Augustinus.

Et nō dicatis aliquid proprium.

Comentum tertium. Ambrosius.

Hostolicam vitam ducentes nō
modo habere. sed nec dicere ali-
quid proprium debent. Nam si-
cut eis omnia debēt esse cōmunia. sic ab
eis cōmunia debent appellari vocabulo.
ut non meum quippiam ego. tu v̄o tuū.
ille autem suum. dicamus. sed nostrum q̄
libet. id nostrū esse dicat. ut codex noster.
causa nostra. cuculla nostra. ⁊ op⁹ nostrū
dicatur. Namq̄ si ab vno aliqua bona. si-
ue spiritualia siue tēporalia proficisci vi-
deatur. illa tamen sibi vendicare minime
debet. quoniam deus. a quo omnia bo-
na procedunt. vel suorum confratrū ob-
secrationibus. vel ut illa p̄fratribus cōiect

dignatus est largiri. et eo modo vel eo
perantes sunt. vel contentes sint in dei
voluntatem. necesse est. Non enim si scie
tiam. si sapientiam. si quodcumque aliud
donum summa dei bonitas cuiuspiam do
narum tribuit. nisi ut suorum sit munerum
dispensator. Accedit ad hec. quoniam ca
ritas qua in monasterio constituti serue
re debent. sicut apostolus Paulus ait. que
sua sunt non querit. accedit quoniam ut in
altero precepto assertum est. proprietates
ipsa ricarum. contentio. litium. et oim
denique est mater discordiarum. quarum
viri religiosi vniuersi debent esse expertes.
Accedit penarum terror. quibus proprie
tatis debent esse effecti. Nam et si omnium
eriminum inflexibilis iudex vltor existat
huius tamen generis perquam seuerus es
se consuevit. Perinde iudam loculos ha
berentem laqueo voluit suspendi. Si enim
legimus in actibus Apostolorum. et hic
quidem possedit agrum de mercede ini
quitatis. et suspensus crepuit mediis. et dis
fusa sunt omnia viscera eius. Perces quippe
pe iniquitatis Iude non tamen fuerunt illi
triginta argentei. quibus vendi derat chri
stum. sed omnis pecunia ab eo furtum tan
quam proprietario sublata. perinde Anania
et Saphira. defraudantes precium agri
et mentientes spiritui sancto coram apo
stolorum ceteris. et omnium assistentium tur
ba. retrorsum cadentes velut fulmine per
cussi mortem expirarunt. In sacra etiam mo
nachorum contione apud egyptum de
gentibus. vbi sicut patres nostri scripserunt
circiter quinquaginta milia sacellozum florebat
penitentium. Cuidam ex fratribus cum
centum solidis morienti communi decre
to dictum est. Pecunia tua tecum sit in per
ditione. quod quidam tremendum iudic
ium tradito sepulture Beatus Grego
rius vni ex suis monachis cum tribus au
reis decedenti oino fieri iussit. quo etiam
iudicio Innocentius pon. max. fretus. si
cut in capitulo. cum ad monasterium. de
statu monachorum. exemplum est. decre
uit. quod si proprietates apud quemque in morte
fuerint inuenta. ipsa cum eo. in signum eter
ne pditionis. extra monasterium in sterquil
ino iuberet suberari. Cesari quoque refert. com
uersum quendam ordinis cisterciensis. cum e
vita discederet dominicum corpus sume

re non potuisse. quam quinq; solidos apud
se tenens non fuerat confessus. Cuidam
etiam monachus beatum Anthonium in
retinenda proprietate decipere satagens
ab accipitribus. vulturibus. et alijs rapi
dis auibus totus est dilaniatus. Sed quod
alios commemoro. Diuus preceptor et
parens noster Aurelius Augustinus. quod
seuerus improbetarios extiterit. ex sen
tentia in Ianuariam aperte dinoscitur. de
quo ita in sermone ad presbyteros ypon
meminit. Male inquit Ianuarius vixit
et male moritur. Quare vel quomodo ma
le vixit. quia quod suum non erat secrete
tenuit. Quomodo etiam male moritur. quia
in fine se non cognouit. et obstinat in suo
sensu nobis ignorantibus testamentum
fecit. et filium quem in seculo habebat. di
tavit. o vti nam saltem in fine hoc nobis di
xisset. ut orantibus nobis venias impetras
set. Nec eum fecisse penituit. propterea de
meis non est nec dum viueret erat. Lit
gantes igitur manus cadaueris eius. po
nentes in pano centum et vndecim siclos
quos in pariete cellule retinebat abscon
ditos. et flentes super eum dicatis pecunia
tua tecum sit in perditione. Non enim li
cet eam nobis seruis dei collocare. vel po
nere in victu. vel vestitu. vel in opere mo
nasterij. quoniam precium damnationis
est. Rursus impossibilitas quam secu
laribus dispensandi. nos cogit ipsam pro
prietatez abdicare. Sic enim maximi po
ntifices contra proprietarios regulares eo
dem capitulo. cum ad monasterium acer
rima extat sententia. Abdicatio proprie
tatis sicut et custodia castitatis adeo est
annexa regule monachali. ut contra eam
nec summus pontifex possit licentiam in
dulgere. Et quancumque in maximo pontifice
plenitudo inueniatur potestatis. super pro
prietarijs. cum monachis dispensare po
test minime. Potest quidem monachum
de monasterio extrahere. et ipsum non mo
nachum facere. Potest causa legitima
subsistente ei tradere vxorem. tamen ut mo
nachus sit. et proprietarius. facere non po
test. nec mirum quia nulla virtute etiam si
infinita sit. alicui essentialia possunt au
ferri. Quis enim efficere potest. ut quis
pius homo sit. et aialis. seu rationalis non sit. neque
natura. neque infinita summi dei presid valz

Valet quidē deus sui prestantia homines
annihilare. At vō q̄ homo expers sit ani
malitatis. expers sit rōnis. nō valet. Sed
ois approbate regule essentialia sunt obe
dientia. paupertas. z ipsa cōtinentie hone
stas. A nullo igit regularum genere quis
virtute hec tollunt. **Euitare pprietates in
sup debem⁹. vt q̄stum inē carnales z sple
rituales fratres iter sit. agnoscat. Illi enī
quod cōlest partiuēt. isti q̄ diuisus erat
cōe efficiunt. Eoz quisq̄ quod suū est q̄
rit. Hi vō non q̄ sua sunt deposcūt. s̄ que
iesu xpi. Q̄ntum igit hec propinquitat
illi prestat. Nāq̄ illa deficit. ista crefcit. il
la habet diuisionē. ista vnitatem. illa cuz
seculo transit. ista cū eternitate manet.**

3 **Præfens itē vita figura est illi⁹. quā ad i
pisci speram⁹. At enī in illa vnū erit com
mune bonū. Vnū cōe gaudium. Vnum
oim beatorū pabulū. quo beati compotes
efficiemur. ipsa. s. patr⁹ z filij z spiritus sc̄i
essentia. que summū z supremū est bonū
qm̄ infinita. incomprehensibilis. eterna. z
mentiu omnū est plenitudo. Q̄d si vnū
ibi est. a quo q̄d cuiq̄ op⁹ est. accipiet. ab
surdum est. vt in monasterio degētes pro
pris habeant z possideant. quinimo sicut
vnū domicilium habēt. ita vnum vestia
rium z vnū habeant cellarium. oporteat.
Q̄d si sec⁹ factū ab aliquib⁹ fuerit. mētie
tur in eis. Illud apli dicentis. Scim⁹ au
tem qm̄ cuz apparuerit siles ei erim⁹. qm̄
videbim⁹ eum sicuti est. Sicuti est enī il
lum videbimus. qm̄ cognoscemus eū. esse
omne bonū. z nō proprium alicui. sed oi
bus cōe. qui desiderant z cōcupiscūt esse
boni. Omnes igit illud cōe bonū cōiter
possidebim⁹. si hic quoad fieri pōt oia cō
muniter habebim⁹. Filij hui⁹ seculi. aurū.
argentū. domos. familias. nomē grande.
potentiā gloriā. z alia. que ad huiusmo
di potentatū spectant. partiuēt. z alter p
his alterū inuadit. qz humane mētis acie
explere nō possunt. Nos autē qui religio
si sum⁹. hoz contentōe sublata nihil ex
tra deuz habere debemus. qm̄ nimis aua
rus est. cui nō sufficit deus. qui pelag⁹ est.
z abyssus infinita oim honoz. Abijci
amus igit pprietates frēs ne tam subli
mis excellentisq̄ boni expres fiam⁹. duo
quippe sunt tēpale. z eternum. si tempora
lium volumus esse possessores. eternoz**

nequaq̄ erimus fructuosos. **Et propterea
xps dicit. Beati paupes spiritu. qm̄ ipso
rū est regnum celoz. Paupertatis item in
celo p̄sidentis efficientia ad abijcienduz
excreabile cōtagiosūq̄ proprietatis mor
bum. cōseruandāq̄ cōmunitatis dignita
tem nos etiam impellit. Nō enim tm̄ san
ctis dedit de⁹ solem z lunam z pluuiā. et
oia nascentia terre. z omnes fruct⁹. q̄ ori
unt in ea. sed in cōione omnibus hoibus
dedit illa. qui solem suū ori facit sup bo
nos z malos. z pluit sup iustos z iniustos
xps etiā saluator noster nō pro sanct⁹ tm̄
passus est. sed p p̄cōribus. impijs. z sceler
ratis. ascendit in crucē. z passione sua oēs
dicit. **E**ro sicut altissimo. **C**hristus pro humilitatem cum esset in forma dei etiam inuit semetipsum formam serui accipiens. humiliauit se propter. **F**actus obediens usque ad mortem. **D**yabolus per superbiam et cupiditatem dicit. **S**uperastra et alta bo solium meum. **C**hristus cum humilitate dicit. **D**iscite a me quoniam mitis sum et humilis corde. **D**yabolus cupidus et superbus per pharisaionem loquitur dicens. **N**escio deum et israel non dimittam. **C**hristus cum humilitate dicit. **S**i dixerero quoniam non noui eum. ero similis vobis mendax. sed noui eum et mandata eius seruo. **D**yabolus superbus et cupidus dicit. **D**ea sunt flumina. et ego feci ea. **C**hristus cum humilitate dicit. **N**on possum a memetipso facere quicquam. sed pater meus in me manens facit omnia. **D**yabolus superbus et cupidus dicit. **D**ea sunt omnia regna mundi. et gloria eorum et cui volo do ea. **C**hristus cum diues esset. pro nobis factus est pauper. ut eius inopia diuites redderemur. **D**yabolus superbus et cupidus dicit. **S**icut colligunt vicia que derelicta sunt. sic vniuersam terram. ego congregaui. et non fuit qui amoueret pedem. et aperiret os atque garrire. **C**hristus cum humilitate dicit. **S**icut milis factus super pellicano in solitudine. vngit et facit sum sicut passer solitarius in tecto. **D**yabolus pro superbiam et cupiditate dicit. **E**riccaui vestigia pedum meorum. omnes riuos aggez. **C**hristus cum humilitate dicit. **N**on quod non possum rogare patrem meum. et exhibebit mihi plures quam duodecim legiones angelorum. **E**t ad vltimum concludat **D**yabolus pro superbiam et cupiditate cum ruina magna ad infernum precipitat. **C**hristus cum humilitate ad celos subleuatur

Et nos fratres si volumus perficere nostrum certaminis cursum. et ad eternam beatitudinem peruenire. **C**aueamus impius cupiditatem malam pro abdicationem proprietatis. **C**aueamus superbiam dyabolicam. **D**e pro nos collatis monasterio. et ceteris alijs bonis operibus. nos non extollendo. et cum omni humilitate christi conemur sequi vestigia. pauperibus fratribus bona concitando infirmos visitando miseris et afflictis omnibus prestando solamen. vniouione. pacem. et caritatem cum omnibus habentes. et eo modo legis saluatoris. et preceptis nostri Augustini regule. veraces erimus obseruantes. **I**dcirco

8

co adiecit.

Textus decimusquintus Augustinus

Omnēs vnanimiter et cōcorditer viuite. et honorate inuicē deū in vobis. cuius tēpla facti estis.

Comentū decimūquintū Ambrosius

Quod ait vnanimiter ad vnā spectat voluntatem. **Q**uod adiecit cōcorditer. ad vnitatē ceremoniarū et beatorū mox pertinet. **Q**uod annectit. honorate inuicē deū in vobis. id nimirū fit. si propter deū nos inuicē diligamus. si solliciti sumus. vt nostrum vnusquisq; dei seruet mandata. **U**nanimiter in quā viuimus. si vnū in deo aim habeamus. vt omnes vnū sentiamus. qd ad nostram spectet salutem. **S**i oēs sumus vnū velle in dei seruādis mandatis. vnū nolle in euitandis pfugandisq; vitijs. vtrūq; enim et velle et nolle ad voluntatē spectat. que si in aliquibus cōiungant. veri sunt amici. qm̄ Crispo Salustio teste. idem nolle et idē velle ea demū firma amicitia est. a q̄ Marcij Tullij nō discrepauit sententia. cum diffiniret. amicitia esse oim̄ humanarū. diuinarūq; rez cum beniuolētia et caritate sūmaz consentiōē. **C**oncordiam autē ducimus vitā. si nostris in actibus singulares nō fuerimus. **N**on enī decet in vno monasterio cōstituti os discrepantes esse in ceremonijs. **N**ō decet quēpiam vt si cōuentus reficiat. ipse vt singularis appareat. ieiunet si cōstitutus ē in lectione. ipse velit esse in oratione. vt si cōstitutus orando stat. ipse prostratus iaceat. multo minus mox decet difformitatem vt cū alij taciturni. casti. modesti. et humiles sint. ipse loquax. luxuriosus. p̄ceps sit et superbus. **I**taq; frat̄ qui cōcorditer viuere affectat. prius debet prauos relinquere mores. vt puerus. inordinatus. infestus. indocilis. p̄car. et petulās minime sit. **D**e inde sermo ues. incessum. statū. oēm motum. et oēm deniq; vitam suā sic liberare. vt cōcors sit illis. cuius quibus nouerit esse viuendū. **I**s itaq; religiosoz hoim̄ ē rectus ordo viuēdi. **E**t imprimis in eis sit vna volūtas. deinde cōcors seruēt vi-

ta. postremo deum in seipsis inuicem honorent. **H**onorat autem a nobis deus. si eius seruam⁹ mandata. **H**onorat de⁹. si debitus latrē exhibeat cultus. **H**onoratur in nobis de⁹. si propt̄ ipsum nos ipsos diligimus. **H**inc Saluator ait. **I**n hoc cognoscit hoies. q; mei discipuli estis. si dilectionē habueritis ad inuicē. honorat a nobis deus. si bona opera que agim⁹ deo attribuimus. et in ei⁹ referimus maiestatem. **C**um enī egerimus hec. eius templa facti erimus. per superuentē et inhabitantem spiritum sanctum eius in nobis. **E**a vō assequi non possumus. nisi p̄ fugam proprietatis. et supbie et p̄ paupertatis et humilitatis amplexū. **Q**uoniam sicut illa duo omnis discordia. ois odij. omnis dissensionis. omniū contentiōnū guerrarum et belloz sunt causa. **I**ta hec paupertas et humilitas caritatē generāt. caritas vō vnitatem nutrit atq; concordiam. **U**nitas autem et concordia nos efficiunt templū dei. **P**ropterea preceptor noster ad cōmunionem seruandam. ad repellendam superbiam. ad amplectendam vniōnem et concordiaz nos tanto ordine tantoq; studio concitauit.

Textus decimus sextus Augustinus

Orationibus instate horis et temporibus constitutis.

Comentum decimū sextum Ambrosius

Abelantibus celū ascendere. op⁹ est. vt imprimis caritate ferueāt. **S**ubinde quod ex altero necessario sequitur. vniōnem pacem et cōcordiam habeant. postmodum terrena suppeditent. **Q**uarto vt relecta superbia humiles sint. hec ad hunc vsq; locū preceptor noster iussa tradidit capessenda. nūc magnum vehemensq; vehiculū. quo ad deū magnopere subleuamur. iubet ascendere. **H**ec quidez oratio est. que post predicta sane iubet. quoniā sine illis proxijs absq; fructu habetur. **H**inc probe dicim⁹. q; oratio serenat cor. si sint a caritate succensa. **P**urgat a vitijs. si cū fraterna emittatur concordia. **A**bstrahit a terrenis. si a paupere spiritu fiat. **S**ubleuat ad cele-

177
stia. si a p̄rito ⁊ humiliato p̄ficiscit cor-
de. De qua Augustin⁹. Impiis mari-
mū ponit inctamētū cum dicit. **O**ratio-
nibus instate. Subinde q̄ tempore oran-
dum sit docet. cū annectit horis ⁊ tempo-
rib⁹ p̄stitutis. Tertio oratorij subiungit i-
munitatē cum ait. in oratorio nemo aliqd
aggat. nisi ad qd factū est. Postremo mo-
dū adiecit orādī dicens. Psalms ⁊ hym-
nis cum orate deum. h̄ verset̄ in corde qd
p̄feret in ore. **M**ouet itaq̄ nos impiis
ad orandū hisce verbis. **O**rationib⁹ in-
state. Instare inquā debem⁹. qm̄ sine mo-
ra excussa pigritia. curis mundanis sub-
latis. ⁊ omni reiecta tepiditate. ⁊ absq̄ in-
termissione orare debem⁹. aliqū nescio q̄
pacto de nostris orationibus illa Augusti-
ni poterit verificari sententia. **O**rationē
definiens. esse ascensum aie de terrestrib⁹
ad celestia. **I**nquisitionē supernoz. **I**n-
uisibiliū desiderij. **D**iscensionē seculariū
moz. quibus q̄tidie mens premis huma-
na. **O**rationib⁹ item instare debemus. qm̄
vt Augustino in tractatu de oratiōe in-
rogare liceat. **Q**uid est oratione precla-
rius. **Q**uid vite nostre vtilius. **Q**uid ani-
mo dulcius. **Q**uid in nostra tota religio-
ne sublim⁹. **O**ratio est q̄ nos xp̄ianos p̄-
uocat. **O**ratio est qua cū deo loquimur.
qua patrem dicimus. qua vniuersa desi-
deria nostra in p̄spectu maiestatis ei⁹ efo-
fundim⁹. **O**ratio est. que celos penetrat.
nubes trāsit. dei aures attingit. **H**ec in-
ecclesia vniūsis gradib⁹ necessaria ē. **H**ec
cathecuminis sp̄m̄ fidelibus p̄sidiū. peni-
tentib⁹ solacium prestat. **H**ec iustos cōti-
net. pctōres subleuat. **P**er hāc etiam qui
stāt non cadūt. ⁊ q̄ elisi sunt erigunt̄. **H**ac
vitiē etas ois ⁊ sex⁹. **H**ac p̄ditio ois ⁊ di-
gnitas. **H**ec magna seruat. h̄ tutat ⁊ mis-
p̄ hanc diuites tuti sunt. p̄ hanc paupes
nō deficiunt. hec illoz abundantia excu-
bat. hec vt ab ipsis penuria repellat̄ ero-
rat. in hac gubernamur in p̄speris. p̄ hāc
fiduciā gerim⁹ in adūsis. hec nob in gau-
dijs iocūda est. h̄ in luctib⁹ suauis. **P**er
hanc leticiā p̄ hanc tristitiam declinam⁹.
Quic autem ai nostri pond⁹. et tediū. vo-
tuatq̄ oia cōmendat⁹. **H**anc q̄si fidelez
sequestram⁹. ⁊ quasi idoneā ⁊ tutissimam
nauem vniuersoz desiderioz nostrorum
mercabus oneram⁹. q̄ vt ad pipozentes

deum p̄spero feliciq̄ curso pueniat. expā-
sis manib⁹ fusisq̄ precibus euitemur. per
hanc oia timoris dñi ornamēta p̄cipim⁹
p̄ hanc q̄cquid fides inchoat. spes cumu-
lat. caritas decorat. assidua de p̄catōe ser-
uam⁹. p̄ hanc castitatē tuemur. cōtinentia
q̄ virtute gubernamur. p̄ hanc in p̄fessio-
ne p̄sistim⁹. in tēptatione duram⁹. p̄ hanc
p̄ x̄po corporis vincula sustinem⁹. p̄ hāc
postremo beata martyria p̄sumam⁹. **O**
q̄tū igit̄ est fratres mei orōnib⁹ instan-
dum. ex q̄bus tot adipiscimur ornamen-
ta virtutum. quantūq̄ eis sp̄ vacandum
ex q̄bus tot tantosq̄ nouim⁹ effect⁹ per-
uenisse. q̄s enī orōnis efficientiam ex p̄li-
caret. q̄s eius enarrat mysterium. **A**cce vt
Aug⁹. in sermōe de orōne mellifluis ver-
bis vtar. **M**oyse orabat in mōte. ⁊ **J**o-
sue Amalech deuincebat in p̄lio. p̄ orō-
nem Ezechias sanat̄. ⁊ aie corporisq̄ sa-
lutē adipiscit̄. p̄ orōnem Hieremias con-
fortat̄ in carcere. **D**aniel inter leones ex-
ultat. **T**res pueri in fornace tripudiant.
Job in sterq̄lino nudus triumphat. **P**ara-
disum de cruce latro iuenit. **S**usanna in
ter senes defendit̄. **C**hance clamores ex-
audiunt̄. **D**e **M**agdalena septē eijciunt̄
demonia. **S**tephan⁹ de torrente. in celus
suscipit̄. ⁊ in lapidantes pro **F**aulo ex-
audit̄. **S**aulus efficit̄ **P**aulus. ⁊ doctor
gentiū. ⁊ p̄dicator orbis terre. **E**t qd̄ am-
plius dicā. **H**unq̄d ⁊ t̄pe Aug⁹. de hoste
fidei. p̄ orōnem factus est p̄pugnaculum
fidei. **D**e vase erroris factus ē doctor ve-
ritatis. de tenebrosa caligine fact⁹ est iu-
bar splendidū. **O**rauit **P**onica sanctissi-
ma. plorauit ⁊ lacrimata ē piētissima m̄r
p̄ suo p̄duo filio. p̄ suo nato ī errores de-
merso. **E**t sic ad lacrimosam ei⁹ orōnem
deus respexit. vt nō solum catholiciū effi-
ceret xp̄ianū. sed totius xp̄i fidei institue-
ret defensorē. **Q**̄ igit̄ grandis. q̄ excel-
sa. quāq̄ efficac̄ orōnis virt⁹. merito igit̄
ait. orōnibus instate. **N**on simplicit̄ in q̄t̄
orate. sed orōnibus instate. qm̄ non ideo
est ab orōne desistendū. si obstrepentius
cogitationū tumult⁹ mentem ab oratio-
ne distrahbat. aut si nō illico nos exaudiet
deus. sed orando pulsandoq̄ sic est p̄se-
uerandē instandum. quousq̄ importunas
desiderioz carnalium suggestiones. que
nostris obstrepūt sensib⁹ fortissima supe-

rem⁹ intētiōe. ac tam diu op⁹ insistere ē.
quousq; p̄sistēdo vincam⁹. Nō em̄ desistē
tib⁹. nō tepidis. nō octosis. nō negligentibus.
sed vsq; in finē feruenter p̄seuerantibus
celestia regna donant. Hinc Saluator ait.
Nō qui inceperit sed q̄ perseuerauerit. vsq;
in finem. hic saluus erit. Hinc rursus scriptū
est. Regnū celozū vim patitur. et violenti
rapiūt illud. Hinc Antiquus s̄mo dicit p̄seuerantie
triumph⁹. et palma dat̄ victorie. Hinc aristoteles. a
fine om̄ia appellari iustū esse assueuerunt.

9 Celoz igit̄ Rex inuictissim⁹. nostris
in supplicationib⁹ instantiā imponit. ita
tēq; a nob̄ requirit. Hinc in euāgelio ait
Petite et accipietis. querite et inuenietis
pulsate et aperiet̄ vob̄. Magna em̄ et
cella munera facile dari minime debent.
Nēpe magnitudinē p̄miorū mensura debet
correspondere desiderioz. At em̄ oculus
nō vidit. nec auris audiuit. nec in cor
hois ascendit. q̄ de⁹ p̄parauit diligentibus
se. Propterea b̄tus Gregori⁹ stupēs
interrogat. Que autē lingua dicere. vel
quis intellect⁹ capere sufficit. illa sup̄ne
ciui. tantis quāta sunt gaudia. angeloz
interesse chorus. cū beatissimis spir̄itib⁹
glorie p̄ditorū assistere p̄ntēz dei vultuz
cernere. in circūscriptum lūmē videre. nullo
metu affici. incorruptionis p̄petue mu
nere letari. Quocirca si p̄mas orationes
de⁹ nō exaudit. si ad p̄mas lacrimas nō
attendit. nō iō desistendum est. sed instar
Cananee afluuii liberari p̄cētis. Instar
Magdalene dñm in monumēto inuenire
affectantis. Instar Anne. p̄lez ex suo
viro Alchana suscipe cupientis. Instar
Joachim et Anne v̄ginis gloriose paren
tū. Elizabeth et Zacharie. et aliaz pluriū
ex se sobolē habere queritantiū instandū
est. hoc m̄ illa pietate plena diua. A. o. n.
nacha effect. q̄ pius Augustinus. carne
mūdo pepererat. postmodū caritatis vi
scerib⁹. multo lacrimaz semine eum genuit
x̄po. et qm̄ multū feruenter. ac instan
ter orauit. multū fleuit. multum ad aures
diuine pulsauit maiestatis. Multas ad
illā p̄ces emisit. multas fudit lacrimas.
multas destinauit supplicationes. in quibus
sua feruētissima p̄debat desideria.
explicabat mentē. insinuabat aīm. multū
cor ei⁹ obsecrando p̄trixit. multū petēdo

se humiliavit. multū piētissima sūma deī
maiestas. dignata ē eā exaudire. qm̄ non
solū laucro fontis baptismatē. sicut ip̄sa
petebat renasci meruit. s; ut p̄ceptor mū
di. heremi cultor. pastor gentium. funda
tor religionū. instaurator vite ap̄lice. lū
men ecclie. doctor doctorū. abyssus sapi
entie. et p̄co sūm⁹. sanctissime foret trinitatis
donatū est. Hanc imitemur fr̄es. tan
te m̄ris sequamur vestigia. q̄ nullis p̄cen
do laborib⁹. oibus sublat̄ comodis. nullo
la itinez curando d̄scrimina. oī tecto fa
stigio sine intermissiōe. cū vberimo fonte
lacrimaz. p̄ sui filij Augustini salute et i
tūmo amaro cordis preces fundebat ad
dñm. Hui⁹ amata et cōpagnon⁹ imitati
feruorē. ex sterilib⁹ lūbis coruscās illud
sidus Nicolai Tollentinatē Augustini
ordinis dec⁹ genuerūt. Igit̄ sancta oīo
Tu es colūna sanctaz virtutū. Tu deita
tis scala. Tu viduaz marit⁹. Tu virginū
gloria. Tu iugataz leuamen. Tu p̄tur
riētū iuuamen. Tu steriliū soboles. Tu
angeloz cognata. Monachoz corona
Oberrantiū via. Egrotoz sanitas. Affli
ctoz solatio. Fluctuantū port⁹. Patiē
tia pauper. Beat⁹ q̄ te amat. Beatior q̄
te frequētat. Beat⁹ qui te astringit. s; bea
tior qui in te p̄seuerat. Felix itaq; q̄ tecuz
lacrimas fundit qm̄ holocaustū sanctum
deo. et immaculatum offerre nō dubitam⁹.

Orationib⁹ igit̄ instate fr̄es. et in stan
do flete. si vīs in petitionib⁹ exaudiri de
sideratis. si digni cōcupiscitis gr̄a dei fieri.
Et sequit̄. Horis et t̄pibus p̄stituit. et c.
Et q̄q; oēs qui deo p̄ fidē adheserunt. in
hanc p̄ueniāt sniam. vt nobis iō opus sit
quidiana oīone. vt qui quādie delinquim⁹
p̄tinus assiduaq; nos purgem⁹ satisfactio
ne. De horis tñ et t̄pibus p̄stitutis nō ea
dē oīm videt̄ esse snia. Nāq; nōnulli exi
stimarūt nūq; ab oīone esse cessandū. p̄p̄
id qd̄ Saluator in euāgelio dicit. Oportet
sp̄ orare et nō deficere. et ap̄ls ait. sine
intermissiōe orate. et Augustin⁹ in sermo
ne de oīone cū triplici v̄litate orationem
esse faciendā astruit. vtpote in oī loco. i
oī tempore. et pro oibus. orate inq̄t semp
et in oī loco. vt saluemini. nō solū vn̄sq; q̄
pro se. s; pro oibus orare debem⁹. et rō
nem quā a viro sanctissimo Ambrosio ac
cepit adiecit dicens. Nā vt ait pat̄ Am
D 2

brofi. **S**i p te tm̄ rogauer? solū tuū meri-
tū possidebis. **S**ed si p omib⁹ rogauer? .
omēs p te rogabunt. **H**anc orādi pseue-
rantia fortius in p̄mentarijs sup ps. asse-
uerant dicēs. **Q**uādiu hic sum⁹. rogem⁹
dñm. vt non a nob amoueat deprecatione
nē nr̄am ⁊ misericordiā suam. vt pseuerā-
ter orem⁹. ⁊ pseueranter misereat. **M**ulti
em̄ in orando languescūt hi scz. q̄ in no-
uitate sue p̄uersionis feruenter orāt. post-
ea languide. postea frigide. postea negli-
genter. q̄ si securi fiāt. **V**igilat hosti⁹ do-
mis tu. **I**pse dñs p̄cepit in euangelio. q̄
oportet sp̄ orare. ⁊ nō deficere. igit̄ non de-
ficiam⁹ in oratione. **I**lle etem̄ qd̄ p̄cessurus
est. ⁊ si differt nō auferet. **S**ecuri igit̄ de
pollicitatione ipsius non deficiamus in
orando. **A**lij hō huic sn̄icqz omī die orā-
dum sit. assentientes. nō astruūt. q̄ omī
bus horis ⁊ omī momēto orare debeam⁹
qm̄ hec solū angeloz ⁊ abstractoz men-
tū est p̄fectio. ⁊ dū in hac sum⁹ via dum
terrenis artub⁹. dū ponderoso corpe. dñ
humi mens nr̄a fuerit defixa. ad tantā cel-
situdinē effert̄ neqm̄. **C**uius sn̄ic aiunt
Augustinū fuisse non soluz hoc in loco.
vbi non sp̄. sed horis ⁊ tp̄ib⁹ cōstruit̄ ait.
esse orandū. sed etiam in secunda regula.
⁊ in tractatu de margaritis paradisi. vbi
certa descripsit orationis t̄pa seruanda.

Hos aut̄ ambiguitatē de medio aufe-
rentes. duo esse orationis genera definim⁹.
altez ministeriale ⁊ publicū. altez deu-
tionis ⁊ priuatū. **A**d p̄mi obseruantiam
certas horas. certaqz t̄pa ab ecclia insti-
tuta. plane p̄stat. **H**ancqz gen⁹ hoc in sep-
tē horas canonicas ecclia ipsa. cuius hec
est auctoritas faciendi. ob multa in septe-
nario numero significata mysteria p̄tita
est. q̄ quidem hore ab his. q̄ in sacris sunt
p̄stituti absqz mortali labe p̄termitti ne-
quaqz p̄nt. **H**oc gen⁹ publicū etiam dici-
tur. qz publice coram populo. ⁊ p omī re-
publica xp̄iana in ecclesijs celebrat̄. **A**l-
terū gen⁹ priuatū est. qz a priuatis perso-
nis. p priuatis necessitudinib⁹. aut p p̄-
uata salute fuit assumptū. ad qd̄ ipsa refe-
renda est p̄tinuitas. **A**ix enim in modū
op⁹ est. vt suggestiōib⁹ dyaboli. tēpta-
tiōib⁹ mundi. fomentis carnis. et alijs
innumeris. q̄ non solum dieb⁹ singulis.
sed singulis momentis imminent. p hu-

miles ⁊ p̄tinuas supplicatiōes petam⁹ li-
berari. **S**ed quispiāz diceret. quis enī
hō tante mentis ⁊ corporis fortitudinis
est. quis oibus ita curis solutus. q̄s tan-
to feruore succensus. tāta gratia imbut⁹.
vt hoc absqz interuallo ope cōplere que-
at. **E**t neqz xp̄s neqz ap̄ls aliquid videat̄
tur impossibile p̄cepisse. **S**ano sunt sen-
su eoz iussa suscipienda. **N**emo enim ad
impossibilia tenet m̄adata. **I**taqz vt vtri-
usqz ⁊ xp̄i q̄ semper orare oportere. ⁊ nūqz
deficere. ⁊ ap̄li qui sine intermissione orā-
dum dixit. habeat̄ intentio. trifariam pos-
se orationē fieri dicimus. voce. s. mente. ⁊
exteriori actione. de prima quidē psalmi-
sta ait. **V**oce mea ad dñm clamaui. **D**e
altera idem **C**ytharedus inquit. **D**eside-
rium pauper exaudiuit dñs. **D**e postre-
ma glosa. sup eodem verbo xp̄i dicit. **N**ō
desinit orare. qui nūqz desinit benefacere
Ob eam rē cuidam interroganti. q̄ pacto
illud posset adimpleri mandatum. **I**saac
abbas. ceu in sanctorz p̄m collationibus
habet̄. in hac verba p̄rupit. **C**ū mens no-
stra ab oi fuerit passione ⁊ pōdere suble-
uata. ⁊ illi sūmo deo ardētissimo deside-
rio p̄iuncta. tunc ipelebim⁹ illud ap̄li. **S**i
ne intermissione orate. **T**ūc enim de ter-
reno situ mens nostra q̄si ad puritatē an-
gelicam sublimata quicqd̄ egerit sinceris-
sima atqz purissima dicit̄ oratio. **I**lle er-
go semp orat. ⁊ sine intermissione precat̄
qui aliq̄ hoz genere semp est occupatus
qd̄ peragere nulli profecto reputam⁹ im-
possibile. etiā si somno ligatus sit. dūmo-
do cum orandi dormitauerit desiderio.
Et enī ob p̄sistentē phie habitum quis-
piam etiā dormiēs phs est. p̄inde **A**ugu-
stinus in cōmentarijs super ps. xxxvij. lo-
cum istū secum disputans ita trāsegit. **D**i-
xit **A**p̄lus. sine intermissiōe orate. nūqd̄
sine intermissiōe genua flectimus. nūqd̄
sine intermissiōe corp⁹ prosternim⁹. ma-
nus autē leuam⁹. vt dicat sine intermissi-
one orate. **H**oc puto sine intermissiōe nō
possum⁹ facere. **E**st ⁊ alia rō sine intermis-
sione. que ē desiderium. **Q**uicquid aliud
agat̄. si desideras supernā quietem. nō in-
termittis orare. **S**i non vis intermittere
orare. noli intermittere desiderare. cōti-
nuū desiderū tuū. p̄tinua est vox tua. ta-
cebis si amare destiteris. **S**ed si sp̄ manet

caritas. semp' clamas. si semp' clamas. sp
 desideras. si sp desideras. sp oras. **A**t etiã
 ad publicas z canonicas horas in eccl'is
 celebrandas hanc orandi p'tinitatē pos-
 sumus pculdubio referre. nō quidem re-
 spectu vni⁹ z singularis ecclesie. sed si ad
 totã ecclesie vniuersitates per totũ orbem
 terrarũ effusam. eã referamus. **N**ãq̃ sa-
 pientē latet neminē dies in oĩ hemisperio
 equales nō esse. sed nũc in alio lōgiorez
 nunc x̃o z in alio esse breuiores constat.
In sup' semp' alicubi esse diem. z alicubi es-
 se noctē. fit ex his sane vt qñ in aliqua re-
 gione ē media nox. in alia sit hora prima
 diei. alia hora tertia. z sic deinceps. **T**ã-
 sigit ex his nērio. q̃ sp alicubi est media
 nox. sp alicubi est hora p̃ma. sp alicubi est
 hora tertia. sp alicubi est hora nona. semp'
 per alicubi ē hora vesp̃ri. semp' alicubi ē
 cōpletoriũ. **E**x quib⁹ necessario inferim⁹.
 semp' alicubi horas canonicas celebrari.
 z eo pacto Saluatoris verbuz. q̃ semper
 orare z nũq̃ deficere iussit. **E**t dictũ apo-
 stoli Pauli. q̃ sine intermissione oranduz
 p̃cepit. bñ z congrue possum⁹ interpretari.
 vt. p̃ceptũ hoc ad vniuersalē nō quidez
 ad aplicam singularem dirigat ecclesiam
 q̃ etiã pacto institutum p̃ceptoris nostri
 Augustini sane p̃t exponi. cũ dicit. ora-
 tionibus instate horis z t̃pibus p̃stitutis
 Instate inquit. i. sine intermissione oratis.
Hoc est horas canonicas. horis et t̃pib⁹
 ab eccl'ia p̃stitutis. sine intermissione celebret̃
 referēdo p̃ceptũ nō ad fratres alicui⁹ sin-
 gularis monasterij. sed ad totaz fidelium
 multitudinē eius regulã sectantũ. q̃s in
 spũ in vniuerso orbe terrarũ p̃renouit es-
 se futuros. Quocũq̃ aut̃ modo. siue pu-
 blice. siue priuate. q̃s orat. ad tam dignã
 tãq̃ p̃stantē actionem frequendã. non
 tã p̃sto. q̃ deuotus z ardēs et modestissi-
 mus debet accedere. **N**ã quis ē tam in-
 sulsus. qui cũ ad loquendum mũdanũ re-
 gē accedit corpore. mēte. verbisq̃ nō stu-
 deat cōposuē accedere. **A**t eni nosse debe-
 mus. q̃ orare nil aliud ē q̃ cuz sũmi dei
 maiestate. cui oēs beatorz spiritũ contio-
 nes assistunt loq̃. **P**ropterea Augustin⁹
 in libro de orōne dñica dicit. Sit oranti-
 bus sermo. z p̃dicatio cuz disciplina que
 tē p̃tinens z pudorē. **R**ogitem⁹ nos sub
 p̃spectu dei stare. placendis diuinis ocu-

lis. z habitu corporis. z mō vocis. **N**ã vt
 imprudētis ē clamorib⁹ strepere. **I**ta sa-
 pientis modestis p̃cib⁹ exorare. **S**ed
 sunt nōnulli qui añ temp⁹ orare student
 alij x̃o constituta obseruant t̃pa. **Q**uidã
 z mente z corpore hebetes illa p̃tereunt
 p̃mi laudandi sunt tãq̃ prudentes. qm̃
 ante temp⁹ orare est p̃uidētia. dũmodo
 id non faciãt. vt quietius dormiant. vt de-
 lectabilius epulēnt. vt accuratius mũda-
 nis occupationib⁹ misceant. **A**lteri extol-
 lēdi sunt tãq̃ obediētes. qm̃ orare in tē-
 pore est obedientia. que q̃nto p̃stantior
 virtus est. tãq̃ p̃uidētia. tanto magis secun-
 di adipiscunt̃ meritũ q̃ p̃mi. **T**ertiu⁹ ge-
 nus oratorz est omnino fugiendũ. qm̃ si-
 ne peccato z sine maledictiōe orandi tem-
 pus p̃tereire nō possum⁹. hinc scriptum
 est. **M**aledictus hō qui facit op⁹ dei ne-
 gligenter. **I**n enim dñofas canonicas
 intermittere horas. q̃ etiam restitute nō
 amplius merent̃ nomē officij. orationis
 nomen tenent. officij autē non tenēt. **E**t
 vt quietiori attentioniq̃ animo. fieri possit
 oratio adiecit.

Lectus decim⁹ septim⁹ Augustinus

In oratorio nemo aliqd̃ agat nisi
 ad qd̃ factum est. vñ z nomen ac-
 cepit. vt si forte aliqui z p̃ter hor-
 ras cōstitutis. si eis vacat. z orare volue-
 rint. nō eis sint impedimento. qui ibi ali-
 quid agendum putauerint.

Comentũ decim⁹ septimũ Ambrosi⁹

Magnope cauendum est. ne in tē-
 plo dñi aliquid fiat qd̃ ocul⁹ di-
 uine maiestatis offendat. vel ibi
 orare volentes ipediat. p̃inde Bernard⁹
 ait. **O**mnino diuine cesitudinis p̃ditores
 se esse nouerit quicũq̃ est ille. qui vñtia q̃
 libet in hanc domũ conat̃ inducere. z tē-
 plum dei speluncã vult facere demonioz
Ob eam rem saluator noster vendētes z
 ementes de tēplo eiciens. z mensas nu-
 mularũ subuertens dixit. **D**om⁹ mea do-
 mus orōnis vocabit̃. **V**os autez fecistis
 eam speluncam latronũ. **D**om⁹ mea in-
 quit. qz ois ecclesia z omne templum do-
 mus dei est. **D**om⁹ mea inquit. vt se deũ

ac dñm esse insinuaret. **D**om⁹ mea inq̄t.
 vt intelligerem⁹ eum nō solum possessore
 sed factorem esse diuine dom⁹. nemo enī
 pōt ecclesiam edificare nisi a deo motus
 p̄pterea scriptū est. templū dei sanctum ē
 dei structura est. dei edificatio est. Et sub
 dit. dom⁹ orōnis vocabit̄. q̄ in tēplo dei
 nō nīlōzōnes. obsecratōes. ⁊ diuina des
 bent administrari sacramenta. hinc pre
 ceptor n̄r ait in oratorio nemo aliqd̄ agat
 nisi ad qd̄ factus est. vñ ⁊ nomen accepit.
Quippe oratorium ab orōne dictū est. et
 p̄pter orōnem faciendaz erectū est. quare
 nihil est ibi aliud agendum q̄ orandum
Cauete igit̄ fratres alias ibi facere p̄sa
 bulationes. cauete non dico tm̄ opari. sed
 nec etiam ibi aliquid cogitare. qd̄ iniustū
 qd̄ turpe. qd̄ inhonestum. ⁊ vanū sit. **C**a
 uete ibi nō solum corpore. sed nec mente
 uagari. **E**cclēsia enī est domus dei. ec
 clēsia est porta celi. ecclesia est dom⁹ sa
 lutis. **I**n ecclesia est illa scala **J**acob. cu
 ius sūmitas celos tangebāt. p̄ quā descen
 dentes ⁊ ascendentes angelos vidit. **I**bi
 oculus dñi cunctos n̄ros intuet̄. ⁊ discer
 nit act⁹. **I**bi thronus sue maiestatis. **I**bi
 cum nos sum⁹ oratores. chori angeloz as
 sunt laudatores. **I**bi peccatores recōcili
 ant̄. **I**usti sanctificant̄. celestia tractant̄
 sacramenta. diuina explent̄ mysteria. ⁊ ce
 lestes effundunt̄ b̄ndictōes. **I**dcirco **S**a
 lomō hoc pacto p̄ edificato templo ora
 uit. **B**ñdic dñe domū istam. quam edifi
 caui nōi tuo. venietū in loco isto. **E**ra
 di p̄ces in excelsō solō glorie tue. **D**ñe si
 p̄uersus fuerit popul⁹ tuus. ⁊ orauerit ad
 sanctuarium tuū. **E**u exaudies eos. ⁊ di
 mitte peccata eoz. **Q**u igit̄ metuendus
 o q̄ venerand⁹. o quanta cū deuotiōe fre
 quentandus est loc⁹ ecclēie. hinc cōmen
 dat̄ **E**thobias. q̄ frequētē. s. ibat ad tem
 plum orans deū. hinc angelus ap̄to car
 cere in q̄ erant apli. dixit eis. **I**te ⁊ loq̄mi
 ni in tēplo x̄ba vite. hinc laudat̄ **E**unue⁹
 caudac̄ regine ethiopū. qui de ethiopia
 veniebat ad hierusalē ad visitandum tē
 plum. hoc nos docuit. **C**hristus faciēdū
 qui nunc p̄ oblationem quadragesimā.
 nunc p̄ disputationem cū doctoz. nūc
 orando. nunc docend⁹. nūc p̄dicādo. nū
 q̄ desinit ⁊ visitare ⁊ honorare templum
 dei.

Lectus decimus non⁹

Augustin⁹

Psalms ⁊ hymnis cū orat̄ deū.
 hoc verset̄ in corde quod p̄fert in
 ore.

Comentū decimū nonū

Ambrosi⁹

Quam psalmis hymnis. ⁊ quibus
 cūq̄ alijs obsecrationib⁹ deū ora
 mus. nō de labijs tm̄ p̄cedat ora
 tio. sed toto sum⁹ aīo intēti ad ea que ore
 p̄ferim⁹ ne qd̄ absit. de nobis saluator di
 cat. qd̄ contra iudeos proclamauit dicēs
Hic populus labijs me honorat. cor autē
 eoz est longe a me. p̄inde gloriosissim⁹
 p̄ceptor noster **A**ug⁹. in libro de orōne
 diuina ita nos admonet. **Q**uando stam⁹
 ad orationē fratres dilectissimi vigilare ⁊
 incubere ad preces tota mente debemus.
Cogitatio oīs carnalis ⁊ secularis abscē
 dat. nec quicq̄ tunc anim⁹. q̄ id solū co
 gitet. qd̄ precatur. **I**deo ⁊ sacerdos ī pre
 fationis exordio pat̄ fratrum mentes di
 cendo. **S**ursum corda. vt duz respondet
 plebs. **H**abem⁹ ad dñm. ad mōeat. nihil
 se aliud q̄ deū cogitare debere. hoc hor
 tatur ap̄ls. cum ait. **P**allam sp̄itu. psal
 lam ⁊ mente. **H**oc **B**ern⁹. super cantica p̄
 suadet dicens. pure psallere debetis. nil
 aliud dum psallitis cogitando. ⁊ q̄busdā
 interpositis rōem̄ adiecit. qm̄ sp̄s sanctus
 illa hora gratū nō recipit quicquid aliud
 q̄ quod debes. neglecto eo qd̄ debes ob
 tuleris. hoc dñs in euangelio p̄cepit cuz
 dixit. **C**um orauer̄ intra cubiculum tuū
 ⁊ clauso hostio ora p̄rem tuū. qd̄ enī cubi
 culum nisi arcanū mētis intelligere volu
 it. **C**ubiculum ḡ tuū. secretum interioruz
 tuoz est. **C**ubiculum tuum p̄scia tua est.
Cubiculum tuū aīa tua est. **C**ū igit̄ ora
 ueris intra in eaz. s̄ est intellectu ⁊ mente
 p̄cipias qd̄ orare intendis. hinc bea
 tus **A**mbrosi⁹ de sacramentis ad neophi
 tos ait. **I**ntra in recessum pectoris tui. et
 tot⁹ ingredere. nō te p̄functorie videas.
 sed diligenter p̄spicias. vt ille cui placere
 desideras. vidiat q̄ ex toto corde oras. vt
 te ex corde orantē dignet̄ audire. **E**t sub
 dit redēptor n̄r. **E**t clauso hostio ora pa
 trē tuum. qd̄ est enī hoc hostium. qd̄ clau
 dere debem⁹. **N**empe ē ⁊ hostiū p̄scie. de
 q̄ ipse in s̄nq̄ **A**pocalypsi ad **J**ohem dixit

Ego sto ad hostiū z pulso. z est hostium oris. iuxta p̄ces David dicētis. Pone custodiam ori meo. vt nō delinquat lingua mea. **U**trūq; claudere debem⁹. p̄mū q̄dam ne dyaboli obrepant tēptatiōes. vñ **Aug⁹**. ad p̄fata verba adiecit. **C**laudaſ p̄ aduersariū pect⁹. z soli deo pateat. nec ad se hostē dei tpe orationis adire patiaſ

Obiepit enī frequētē z penetrat. z falsēs subtiliter preces nostras a deo abuocat. vt aliud habeam⁹ in corde. aliud in voce. qm̄ intentionē sincerā dñm debeat nō vocis son⁹. s; anim⁹ z sensus orare. **Q**ue autē segnitia ē. alienati z capti ineptis cogitationib⁹ z p̄phanis cum dñm deprecari. qd̄ aliud est qd̄ magis debeas cogitare. q̄ id qd̄ cū deo loqueris. **N**ūo te auidiri a deo postulas. cū te ipse nō audeas **H**is esse dñm memorē tui. qm̄ tu ipse memor nō es. **R**ursum hostiū oris claudere debem⁹. **L**unc autē ipsum claudim⁹. si qm̄ oram⁹. nō sermone clamam⁹. nec notam ob mūdi gloriā diffundim⁹ orationē nec nos iactam⁹ in populis. z ideo in secreto cōscientie nr̄e securi orem⁹. vt nos in secreto possit audire qui oia videt atq; audit vniuersa. **E**t. qm̄ orare z psallere in ecclesia p̄ celebrandis horis oportz. eo vtendū est moderamine. vt sic populo et ecclesie satisfiat. q̄ten⁹ mens immortalī deo nullaten⁹ displiceat. attendēs semp ad id qd̄ diuus **Bern.** ait. q̄ ille alte cātat. qui humiliter cantat. plus enī attēdit dei maiestatis ad deuotionē z puritatem cordis. q̄ ad modulationē vocis. p̄pterea in suarū p̄fessionū libro **Augustinum** dixisse legimus. **C**uz accidit. vt me ampl⁹ cant⁹ q̄ res que cantat moueat. penalit me peccare p̄fiteor. z tūc mallem nō audire cantantē. perinde a q̄dam sapiente scriptum est. **N**ō vox sed votū. non fidiū sonantiū musica sed cor. nō clamor. sed amor cātat in aure dei. **H**inc **Athanasius alexandrin⁹** ep̄s at tā modico flexu vocis iussit psalmos decantari. vt lectori pronūciati silior esset q̄ canētī. p̄pterea beatus **Cesari⁹** voces extollentes detestādo inquit se vidisse demonem impleuisse sacculū tumultuosis vocib⁹ sublime in choro canentiū.

Quas ob res vt deo grāte nostre sint oīones. breui cōplectar sermōe. que op⁹ sunt oratorib⁹. **I**taq; imp̄m̄is rerū terrenarū

relinquat sollicitudo. subinde ceterorū negocioz fiam⁹ imemores. **D**etractiōes. itē vaniloquia. z oēs scurrilitates de nostris mentib⁹ amputem⁹. **N**ihil deniq; tristicie. nihil p̄turbatiōis. nihil elatiōis. nihil concupiscentie. nihil deniq; liuoris in nostro resideat aio. sed sit mēs deuota. sit humilis. sit iusta. sit casta. sit caritate succensa. sit ita deo intēta vt petitiōis ac sui videat oblita. petitiōes ipse honeste. eque ue sint z salutifere. **H**is quippe oib⁹ beate **Donice** p̄dicta sū opere cōmēdat oīo. vñ **Augustin⁹** ad sororē suam sanctimonialez virginē de ea scribit. q̄ sua in oīone se penumero tanta sp̄ssancti repleat ebrietate. q̄ in ea vere tota die dū esset rex in accubitu cordis sui sic q̄sceret. vt neq; vox neq; sensus in ea p̄cipereſ. nec mirū inqt. qm̄ par illa que erupat oēm sensum intm̄ vidue corporales sepeliebat sensus vt vir matrone z conuicine nostre eā pūgentes excitare valerent. **I**n die autē sancti **Cipriani** dū hec ep̄i ancilla diuina mereret accipere sacramēta. dū essz in domo orans. fere a terra p̄ cubitum eleuata fuit clamando. que q̄tissima esse consueuerat dicens. **V**olem⁹ ad celum. volem⁹ ad celū fideles. quā cum postea interrogare mus qd̄ sibi acciderat. nō respondebat. s; tm̄ replebat gaudio. q̄ oēs ad festum perducebat. cantās cu p̄pheta. **C**or meū z caro mea exultauerunt in deum viuū. **E**t dū quadā die eadē ancilla ep̄i p̄uēta et visitata a te dñe. beneficia tua q̄ tu in carne humano generi clemens exhibuisti. cōsideraret. tantā compunctiōis gratiam. et lacrimarū copiam. torculari tue crucis expressam in passiōe adinuenit. q̄ vestigia ei⁹ per ecclesiā lacrimę desuper pauimentū copiose defluentes ostēdebant. z qm̄to plus a fluētia hortabat desistere lacrimarū. tanto maior fluui⁹ oriebat illarum. **A**d quos etiā mētis excessus. sicut in suarū confessionū volumine ipse cū gratiaz actione confiteſ. **Augustin⁹** sepissime rapiebat: vñ ait. aliquando intromittis me in affectū multū inusitatū introrsus. nescio ad quā dulcedinem. que si perſiciat i me. nescio quid erit. **S**cio tñ q̄ ista vita n̄ erit. **S**ed dices. quis tot orationis circūstantias adimplere. quis ad tantā puritatem deuenire. vt itz rapiaſ valebit. **D**i

De vita Symonis

De vita Ambrosii

tinus vt humiliet cor tuū. si vis vt ora-
tio tua nubes penetratq. celos ascendat
Sis ex altari. nō desinas humiliari. et qz
omne datum optimum. et omne donum
perfectum a deo est. petas ab eo humili-
ter. qui dat omnibus libenter petas inqz
vt te in orando purum in contemplādo
humilem faciat. et ad supernos eleuet ex-
cessus. **Disce** a preceptore nostro **Bu-**
gustino. qui multifariāz multisqz modis
obnixē dei precabatur maiestatem. vt ad
humilissimi effectus introuit mereretur
Et imprimis qualiter in libro de contem-
platione saluatoris orat. audiamus. Tu
es inquit domine vita mea quz uiuo. tu
es spes mea. cui inherco gloria. quā ad
pisci desidero. Tu mihi cor tene mentem
rege. intellectum dirige. amorē erige. ani-
mū suspende. et in superna os fluentisiti
entis te spiritus trabe. **Lace** queso tumul-
tus carnalium conticescāt. phantasiē ter-
rarum. et aquarum. aeris. et poli. **Lace**
ant somnia. et imaginarie reuelationes.
omnis lingua. omne signum. et quicquid
transēūdo fit. sileat sibi. et ipsa anima trā-
seat. se. non cogitando se. sed te deus me-
quoniam tu es reuera tota spes mea et fi-
ducia mea. **Et in libro meditationum in-**
quit. Nihil mihi tam dulce qz cum domi-
no meo esse. **Nihil** autem adherere deo.
bonum est. **Da** mihi domine. donec his
fragilibus assisto membris tibi adherere.
sicut scriptum est. **Qui** adheret deo. vn-
spiritus est cum eo. prebe mihi rogo con-
templationis pennas. quibus indut-
te te uolitem sursum. **Tene** mentem meam
ne ad ima corruat. **Tene** cor meum pre-
cor wanu tua. qz sine te ad altiora nō rap-
pitur. **Tene** et regespiritum meuz. et sume
illum fm voluntatem tuā. vt te duce ascē-
dat in illam regionem uertatis. ubi pa-
scis israhel in eternum pabulo ueritatis.
vt tibi uel rapida cogitatioe attingat te sū-
mam sapientiā cuncta transcendentem. et
oia gubernantem. **Sed** uoluntati ad te
dñe anime multa substrepunt. **Iussu** tuo
dñe cōticescant mihi oia. ipsa sibi siliant.
ptransciant oia que creata sunt. transcen-
dat a se vt perueniat ad te. atqz in te solo
creatore oim oculos fidei figat. **Tibi** in-
biat. tibi intendat. te meditet. te contem-
plet. te añ oculos ponat. te in corde reuol-

uat sūmū et uerū bonū. et gaudiū sine fi-
ne mansurū. **Et in libro** quē manuale ap-
pellauit sub infra scripto deu otissimo sti-
lo. nos docuit nostros nō mō exatate af-
fectus. sed pure mentis adire excessus di-
cens. **De** ineffabilis et incircūscripte na-
ture. institutor oim rerum. deum enī iesu
xpi pater. qz eundem filiū tuū dilectuz de
sinu tuo misisti ad publicū martiriū susci-
pere nostrā uitam. vt nobis donaret suā.
essetqz pfectus de- ex pie. et perfectus hō
ex mre. **Totus** de- totus hō. vnus idēqz
xps eternus et temporalis. et immortalis et
mortalis. creator et creat-. fortis et infirm-
nutritor et nutrit-. pastor et ouis. tpaliter
mortu-. tecum in eternū uiuens. qui suis
dilectorib- municipium pmittens dixit.
Ad cūqz petieritis patrē in nomine meo
dabit uobis. obsecro itaqz dñe. et te nimis
pium rogo in noie eiusde- dilecti filij tui
vt des mihi eū eodem filio tuo. te in oib-
benedicere et glorificare. des mihi pilluz
et cum illo peccatorū meoz ueniam. et mā-
datoz tuoz custodiam. dilectionem. tuaz
uērā. et fraternū amorem. **H** dyabolum for-
tia humilitatis arma. et erga fratres uerū-
tatem pfectam. et caritate inextinguibile-
temperantiā cibi et pot- atqz somni. et to-
tus libidinis. et uani desiderij continentia.
auditum castū. uisum simplicē. puritatez
cordis. mundiciā corporis. castigationez
mundam. oris cordisqz custodiam. vt nec
cor int- iniquitatem cōcipiat. nec lingua fo-
ris parturiat. nec falsa loquat. nec taceat
uera. nec saluifera abscondat. nec mortife-
ra pferat. pcor etiam vt det mihi assidui-
tate orandi. frequētia legendi. vt precepta
tua infatigabilē legam. qd rectum est te-
neam. qd deformē cōponam. qd pulcrū
excolam. qd sanū construam. qd infirmū
corrobozem. et omne qd tibi placet custo-
diam perseueranter. **Des** insup mihi dis-
plicere temporalia. et totis uiribus eterna
diligere. vt mortuū mihi deputem mū-
dum. et mundo mortuū tibi uiuā. nec gau-
dens. nec lugens de temporalibus cōstā-
nec metuum aliqd tēporale. nec diligam
nec blandis corrupar. nec aduersis cō-
cutiar. **Rogo** etiam sancte pater tuā cle-
mentiam in nomine ipsius filij circūcide
in me omnia uita cordis et corporis. et da
mihi augmentū perfectionēqz uirtutum.

Illumina sensum et animam meam. ut il-
 lud a te petam. quod te delectet audire. Do-
 ce me quid cogitare. quid agere. quid lo-
 qui. quid tacere debeam. **D**a prudentiam.
 fortitudinem. iusticiam et temperantiam.
Da discretionem in omnibus discernen-
 di inter dextrum et sinistrum. **D**a etiam sen-
 sum vigilem et intellectum prouidum. ut
 possim inter bonum et malum discernere.
Aufer a corde meo alienationes sensus.
 cura in me stuporem mentis. extirpa de vi-
 sceribus meis consilia iniquitatis. eradi-
 ca de lingua mea detrahendi consuetudi-
 nem. mentendi facilitatem. loquendi scur-
 rilitatem. et omnes actus vanitatis mee.
 arte. sana medicine tue. **D**a mihi perfectus
 sensum semper in purgatissimis moribus.
Tene me virtute omnipotentie tue. et non
 sinas me proprii voluntate arbitrii euagar-
 ri. **I**uxta tuam prudentiam dispone omnem
 meam vitam. **I**n tua voluntate animam
 hanc peccatricem. pro qua mortuus est
 christus. **N**on permittas perire frenum
 tuum in maxillis meis pone. et tanquam ani-
 mal mansuetum trabe me post te. **T**u enim
 cuncta que mihi expediunt nosti. **N**on dy-
 abolo. non mihi. non mundo. non alicui alij
 liceat tua dona subvertere. quod totum fra-
 gile est. quicquid tibi nititur obuiare. **F**e-
 cisti enim mecum a puero misericordiam
 multam. perfice quod cepisti. **D**a mihi sem-
 per. et ubique contra hostem crudelissimum
 tue pie defensionis auxilium. ut sicut fra-
 gilitatem meam ille inuidus non cessat im-
 petere. **I**ta tuis cogat viribus abcedere
 presta ut sim paruulus in oculis meis. ut
 coram te inueniam gratiam. **D**a et auge
 mihi semper fidem firmam. spem in con-
 cussam. caritatem perfectam. humilitatem
 profundam. patientiam inuictissimam. cor-
 poris animeque castitatem perpetuam. **D**a
 cordis contritionem. et fontem lacrimarum
Da simplicem innocentiam. et puritatem
 cordis. stabilitatem. et integritatem men-
 tis. **D**a vires inuictas. ut victor mei in
 cunctis existam. **D**omine in me ratio. et
 rationi tua gratia. ut non viuam bestialiter.
 raptus impetu carnis. sed sit conuersatio
 mea honesta et rationalis. fac me pro-
 uidum ad omnia. et in cunctis discretum
Tribue mihi nulli occasione scandali pro-

bere. simplicitatem et veritatem diligere.
 et instanter ea que paci sunt et caritatis se-
 qui. **L**onge facia me omnem ypocrisim.
 et omnem simulationem. et fac me tibi ser-
 uire in veritate. **C**oncede queso mihi bo-
 no animo propter te maiorum subditi pe-
 nis. et alaci corde ad obedientiam. et com-
 passionem. et concordiam sine mora con-
 currere. excita tororem meum stimulis tu-
 is die ac nocte. et fac me strenue perseue-
 rare in preceptis et laudibus tuis die ac no-
 cte. **D**a mihi scientiam humilem. que edi-
 fiet. et linguam eruditam et eloquentem.
 ut et bona valeam. ac meliora exhortari. et
 mala ad rectitudinis lineam reuocare. **I**n-
 funde rogo te cordi meo presidium tuum.
 et da mihi spiritum sapientie cum eo. et in-
 tellectus. consilij et fortitudinis. scientie et
 pietatis. et reple me sancto timore et amo-
 re tuo. **D**a irriguum superius. et irriguum
 inferius. **D**a mihi benedictionem de ro-
 re celi. et de pinguedine terre. **D**a ut anima
 mea ardeat igne amoris tui. **F**ac me
 mundo penitus extingui. concede mihi
 cor contritum et humiliatum semper habe-
 re coram te. **F**ac me per gratiam tuam pec-
 cata mea deslere antequam moriar. **D**a mi-
 hi tota anima mea. et totis visceribus me-
 is exquirere faciem tuam semper. **I**nfun-
 de dilectionem tuam pectori meo. et scri-
 be dilecte mi. memoriam tuam in talibus
 cordis mei. **I**llustra me luce celestis pa-
 trie. imaginem tuam non sinas in me ob-
 scurari. que sic te prestante defendatur. ut
 semper egregia inueniatur. **A**dsit mihi
 queso sanctorum angelorum pia et fida
 custodia ubique et semper. et presta ut te pro-
 misero omnium sanctorum agmina in-
 cedant. **E**t eorum precibus et mentis. pro
 tua pietate digno efficiar promissionibus
 filij tui. **C**oncede mihi fragilissimo bea-
 torum monachorum patrum meorum imi-
 tari vestigia. **D**a mihi eorum mansuetu-
 dinem. modestiam. tolerantiam. benigni-
 tatem. et paupertatem. longanimitatem.
 cordis contritionem. et fontem lacrima-
 rum. cibi potusque abstinentiam. cordis la-
 biorumque munditiam. **S**pirituale gaudium
 et perfectum mundi contemptum.
Parime domine caritatem a te effla-
 gito. humilitatem inquirō. patientiam

postulo. indiuiduas comites fidei mee si
 mul ⁊ veram anime ⁊ corporis pudicitia
 am. Sicut illis dedisti. precor te p filium
 tuū. respice in me ⁊ miserere mei. exaudi
 oronem meā. ⁊ da mihi gratias tuā ppter
 multitudinez benignitatis tue. Qui me
 cum iugiter perseverans. doceat me ince
 dere in misericordia ⁊ iusticia tua coram
 te. ⁊ voluntatem tuam in omnib⁹ diebus
 vite mee semper implere hanc peto. da mi
 hi eam. que cum amicis pacificum. ⁊ ini
 micis reddat tranquillum. Que mea ver
 bo aspero mitiget. ⁊ ab octolo sermōe cō
 pescat. que me semper dñm. vel que domi
 ni sunt cogitare cōpellat. ⁊ oculos ab isto
 seculo vano aūtat. que in omni hora aū
 conspectum mortis ingerat. ⁊ hic gaudere
 re prohibeat. que trabem aut molem pec
 catorū meorum me considerare ⁊ plange
 re faciat. ⁊ non alioz delicta. vel festucaz
 leuissimam perscrutari dimittat. Postre
 mo omnia mundi pro nihilo habere. ⁊ te
 totis solum sentire visceribus dñm meuz
 vsq; in finem. Faciat atq; potenter effici
 endo doceat. ⁊ sicut piissima misericordia
 tua dedisti mihi voluntatem veniendi ad
 te. sic per illaz donare digneris sapientiā
 ⁊ intellectū virtutē. aut possibilitatē corporis
 ⁊ anime ad tibi deuotissime semp seruiē
 dum in omnibus. per eandem benignam
 magistrā meā gratiam tuā. sine qua nec
 cogitare. nec loqui. nec agere aliquid bo
 ni valemus. ⁊ ipse vnigenitus tuus dixit.
 nemo venit ad me nisi pater meus traxe
 rit eum. ⁊ nemo venit ad patrē nisi p me.
 Obsecro sancte pater. te suppliciter rogo
 de⁹ noster trabe tu me ad ipsum. ⁊ ipse p
 ducat me ad te illuc. vbi ipse est sempiter
 na vita. ⁊ sempiterna beata securitas. ⁊ se
 cura tranquillitas. felix eternitas. ⁊ eter
 na felicitas. vbi est amor pfectus. ⁊ timor
 nullus. dies eternus ⁊ vnus. vbi tu oīpo
 tens semper cum illo. ⁊ ille tecū in cōmu
 nicatione sancti spirit⁹ eternaliter ac sem
 piternaliter vnus ⁊ regnas per oīa secula
 seculoz Amen.

Lectus vicesimus

Augustinus

Nolite cantare nisi qđ legit⁹ esse
 se cantandū. Quod autē non ita
 scriptum est. vt cantez nō cantez.

Cōmentū vicesimū

Ambrosius

Qui Augustini tempore nondū
 aliquod determinatū officium per
 ecclesiam fuerat institutū. sed sin
 gulis in ecclesijs pro eoz prelatoz arbi
 trio laudes deo tribuebant. Ob eam rem
 Augustinus tale diuinū officium a suis
 fratribus celebrandum instituit. quale in
 secūda regula que exorditur. ante omnia
 fratres carissimi expressus est dignoscitur.
 Et qđz fere eodem tpe ad preces Theo
 dosij impatoris Damasus pontifex ma
 xim⁹ iuxta beati Hieronymi distinctio
 nem. ⁊ cum adiectione in fine cuiuslibet
 psalmi excellentissimoz versuum in laude
 sanctissime trinitatis editorum. videlicet
 Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Sic
 cut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper ⁊ in
 secula seculoz amen. Psalmos noctur
 nos atq; diurnos in ecclesijs decantan
 dos instituerit. qz tamen institutio illa. p
 mulgata non fuit. Adhuc frēs. sancti Au
 gustini ad celebrandū officium iuxta ritū
 ab eo institutum tenebant. **U**bi autē
 ipse Augustin⁹ creatus esset episcopus. ⁊
 constitutio illa Damasi de celebrandis of
 ficijs per eius successorē Siritiū cepisset
 pmulgari. multi ac varij ⁊ incōsoni cant⁹
 in ecclesia pro libito vnus cuiusq; in ma
 ximā potius xpiane religionis confusio
 nē quā in sūmi dei laudem fieri ceperunt
 Et ea que nō ad cantandū sed ad legēdū
 erant scripta absq; vilo ordine absq; oī
 proportionē ⁊ absq; omni instituto cāta
 bant. Cui quidez absurditā Augustin⁹
 quoad fieri potuit obuiare desiderans. p
 habitis suis institutis de celebrando of
 ficio hoc adiunxit preceptū. vtpote. **N**o
 lite cantare nisi qđ legitis esse cantandū.
Qđ autē nō ita scriptum est. vt cantez nō
 cantez. Dne quippe insurrexerunt confu
 siones. prima quidem quoniā multa can
 tabantur que ad legendum erant instituta.
 hanc inhiuit in prima textus clausu
 la dicens. Et nolite cantare nisi quod le
 gitis esse cantandū. Altera qz modus ca
 nendi institutus minime seruabatur. sed
 alij sic. alij vero sic. prout eis libebat ca
 nebant. hanc metuuit cum adiecit. Quod
 non ita scriptum est. vt cantetur non
 cantetur. **N**on enim decet vt cantus

et vsus ecclesiasticus fieri debeat sicut arbitriū singulorum. sed firmiter seruandū est sicut scripta et instituta maiorum. Similiter constitutiones. diffinitiones. statuta. et quęcunq; sacre religionis decreta. non nisi eius consilio sanioris partis capituli. et eorum q̄ presunt auctoritate institui. aut in nouari debēt. q̄d et de laudabilib⁹. et antiq̄ quis consuetudinib⁹ p̄formiter tenendū censent⁹. Nāq; ois in nouatio in quacunq; re publica piculosa ē. Cū autē necessitas cogit. aliqd̄ institui. aut in nouari in omnibus. auctoritas ecclesie magis est imitanda q̄ rō. qm̄ nulla neq; antique. neq; noue legis scriptura sine illa alicui⁹ momenti aut firmitatē. p̄inde Aug⁹. p̄tra eplam sū dameti ait. ego nō credere euangelio. nisi credere ecclesie. Auctoritas itē ecclesie obediētie et hūilitatis est. Rō autē nonnunq; ambitionis et p̄sumptionis. Et qm̄ ap̄d viros p̄bos et religiosos nihil leuitate de testabilis iuxta illud ap̄li dicent⁹. Nunq̄d leuitate vsus sum. vt ap̄d me sit ē et nō in omni monasterio. in oī religione. i omni deniq; re publica illud ē p̄cipue suandū. vt non facile quicq; aut leuē variet. et si quā pro t̄p̄is congruentia fieri mutatio nē oporteat. timor dei. religionis honor. modestia et grauitas ipsa i agendo suēt.

Augustini etiā t̄p̄e vt institutione diuinorum officiorū aliqd̄ interponam⁹. beatus Ambrosi⁹ Mediolanē. antistes. et doctor ecclesie celeberrim⁹. egregiū ritum. tum in canonicis horis. tum in missis celebrandis instituit. q̄ non mō p̄ omnē liguriam sed p̄ totā fere Italiā vsq; ad t̄p̄us beati Gregorij extitit in vsu. Ipse autē diu⁹ Gregorius sub q̄daz limati ori stilo ac forma breuiori. vtrūq; et breuiariū et missale reformās relicta in ecclesia Mediolanē. edictione eiusdē viri sanctissimi Ambrosij de cōi p̄silio sancto patri. et p̄sensu reuerendissimorum dñorum Cardinaliū. et afflatu q̄daz spūs sancti. de canonicis horis. celebrādisq; missis. formā et ordinationes suam p̄ totū orbē terrarū iussit p̄mulgari. quā adhuc sacrosancta Romana ecclesia. retinet quippe q̄ n̄m sacratissimum ordinem. sub sua recipiēs p̄tectione. eam nob seruandā p̄donauit. eximens nos a prioris officij per b̄m Augustinum descripti obseruantia: ad q̄d q̄dēz nisi sedis ap̄lice

interuenisset exemptio adhuc nos vtiq; teneremur. Nos igit̄ tū in legendo. tū in cantando sancte Romane ecclesie ritū tenentes. nihil aut legere. aut cantare publice i ecclesijs debem⁹ nisi q̄d nob legendum aut cantandū ip̄a protectrice nostra tradiderit. Diligent̄ tū sp̄ attendentes. vt siue cantent̄ siue legant̄ psalmodie earum et quaruicūq; obsecratōnū diuinarūq; laudum v̄ba distincte. modeste. pausatim. integreq; p̄nuncient̄. q̄d pulcre Bern⁹ in suis monitionib⁹ insinuauit dicens. **D**ovneo vos dilectissimi. pure ac strenue inesse laudib⁹ diuinis. **S**trēue quidem. vt sicut reuerendita et alacrit̄ dño assistatis. nō pigri. non somnolenti. nō oscitantes. non p̄centes vocib⁹. non p̄scindentes. verba dimidia. nō integra transilientes. non fractis et remissis vocib⁹. muliebre quiddam de nare sonantes. s; virili. vt dignū est et sonitu. et affectu sc̄i spūs deprementes.

Leet⁹ vicesim⁹ primus Augustinus

Quoniam viam domate ieiunij et abstinentia esce et pot⁹ quantum valitudo p̄mittit.

Comentū vicesimū p̄mū Ambrosi⁹

cuiusq̄ offendat aspectū. sed q̄
vestrā deceat sanctitatem.

Comentū tricesimū

Ambrosius

Affectiones mentis. z oēs motus
animi. sicut quis mō ab exteriori-
bus sumit exordiu. ita z per exte-
riora q̄les sint crebrius cognoscunt. Ob
eam rē nequis malum de vestris iudicet
mentib⁹. in incessu. statu. habitu. z in sin-
gulis vestris motib⁹ exteriorib⁹. Augusti-
nus iubet nibila vob fieri. q̄ cuiusq̄ of-
fendat aspectū. sed q̄ vestram deceat san-
ctitates. Decet quippe sanctitatem vram
fratres carissimi. vt in dictis factis. gesti-
busq̄ vris tali animi vtami moderatōne
talis sitis p̄diti modestia. tanta polleatis
grauitate. tāta valeatis sanctimonia. vt a
nemine iuste valeatis rephendi. Nam
nō solum ad maiores ecclesie p̄latos. vez
etiā ad nos. q̄ voto sum⁹ religionis astri-
cti. tāq̄ etiā veros suos discipulos salua-
tor dicit. Vos estis sal terre. tāq̄ si dice-
ret. Vos estis hoim condimētū. vestro ex-
emplo instrui. vza sapiētia doceri. vza hu-

millitate componi ceteri debēt. Et rursus
vox illa ad nos. Directa etiā est qua dici-
tur. Sancti estote. qm̄ ego sanct⁹ sum di-
cit dñs. Vere sancti esse debem⁹. q̄ nomē
habitūq̄ religionis ac sanctitatis assumi-
mus. q̄ diuino sumus cultui mācipati. sa-
cris xpi altarib⁹ p̄secrati diuinis q̄z misse-
rijs dedicati. Tale ḡ sal sum⁹ i populo vt
vermes. z oēs anime putredines. nō solū
doctrina z p̄dicatione. vez etiam vite san-
ctitate ab eo abstergam⁹. Hāq̄ si sal eua-
nuerit. Si p̄dicator vires amiserit. si reli-
giosus luxurie cōcupiscentie z vanitatis se
dediderit. in quo saliet. in q̄ populus cre-
det. cui fidem adhibebit. quem imitabit.
Hōne iuste clamabit. Ecce hō. cuius tan-
ta nos fefellit opinio. z propterea subdit
Ad nibilyz valet vltta. nisi vt mittat for-
tas. z cōculcet ab hoibus. Tale enim sal.
vt beat⁹ Gregori⁹ inquit. qz infatuatum
est. foras mittit. qm̄ falsus p̄dicator. eius-
q̄ doctrina. que vana sine sapore. z inuti-
lis est. ab ecclesia pellit. conculcatū autez
ab hoibus despectui habeat. **O**portz
itaq̄ nos. vt ap̄t⁹ ait. ab his q̄ foris sunt
bonū habere testimoniū. Hō enim. teste
Augustino. sufficit nobis vita sancta. nisi
sit z fama bona. Hā vita iusta nobis ē ne-
cessaria prop̄ nos. fama bona prop̄ ali-
os. Propterea xps crudelē illuz appellat
qui negligit famā suaz. z rursus illum ma-
ledicit. q̄ eam asp̄nat. z merito qd. qm̄ si-
cut a sapiētissimo viro Salomone asser-
tū est. Delit⁹ est nomē bonum q̄ diuitie
mlte. Ergo sic nos existimēt hoies. vt mi-
nistros xpi. inferiorūq̄ dei veraces di-
spensatores ex bōis operib⁹ nos eē agno-
scant. vt de nobis verificef. qd̄ xps adie-
cit dicēs. Vos estis lux mūdi. **N**empe
ad corporeā mūdi lucem. h̄ est ad solē spe-
ctat effugare tenebras. illuminare orbem
calefacere terrā. cōsolari viatores. extermi-
natores bestias. z cūcti aiantibus vim ge-
neratōis p̄ferre. Sic z nos. q̄ religiosi su-
mus. q̄ lux spiritualis appellamur. debe-
mus heresum z cunctoz errorū atq̄ crimi-
nū tenebras per verā sanāq̄ doctrinā ef-
fugare. Illuminare orbē. populum. s. in-
struendo z docendo. quō in via dei. hoc
est in fide catholica ambulare debeat. ca-
lesfacere terram. h̄ est terrenos hoies reue-
cta seculi cupiditate in deo amore succen-

tre. solari viatores. q̄d̄m̄ em̄ sumus in
 hoc mundo pegrinamur ad deū z p̄ns vi
 ta nostra. via est ad nostz tedeundi crea
 torem. **U**bi cum multis erumnis. mise
 rijs. laborib⁹ atq; inexplicabilib⁹ piculis
 in seculo degentes videam⁹ circūseptos.
 ne franganē. **H**os qui spirituales sum⁹
 illos solari z recreare se penumero debe
 mus. vsq; ad itineris metā cōstātī forūq;
 animo proficiscunt. **E**xterminare besti
 as. qm̄ ap̄ros. visos z rugientes leones.
 hoc est nequissimos demones simpliciaz
 atq; dedilium. z si possibile sit. etiam for
 tissimoz animas deuorare querentes. o
 randi assiduitate. diuinoz nōminū inuo
 cationib⁹. humilitatis. fidei. charitatē. ce
 terarūq; sanctaz virtutum fulgore. z de
 mum signo crucis tanq; infallibili tre
 mendaz machina sicut scriptum est. **E**c
 ce crucem dñi fugite p̄es aduersē. exte
 minare debem⁹. **E**t cuuctis animantibus
 vim generationis p̄ferre tenemur. qm̄ ho
 minib⁹ quib⁹ possumus. q̄ omnium ani
 mantium naturam p̄cipant. quō saltez
 bonas animi affectiones habeant q̄mo
 doq; bona opera deo offerre debeant. lucē
 exempla monstrare debem⁹. **I**ubete x̄po
 in euangelio. **S**unt lumbi vestri p̄cin
 cti. z lucerne ardentes in manib⁹ vestris.
Sic s̄ viam⁹ vt vita p̄cordet cum nomi
 ne. p̄fessio teneat in opere. z his q̄ nobis
 appropriata sunt. similes p̄pleam⁹ effect⁹
 vt si sanctus sit ordo. sancta sit p̄uersatio
 vt si sal dicimur. nostras aliorūq; men
 tem p̄diam⁹ s̄rutib⁹. z saporem bonoz
 opez degustandum p̄beamus. **S**i lux
 appellamur. vim effectūq; lucis osten
 dam⁹ vt si bene de nobis dicat. id testi
 monio bone actionis cōprobeē. qm̄ teste
Marco **T**ullio. omnis virtutis laus in
 actione cōsistit. **E**t si religiosi vocamur.
 religiose viuam⁹. **A**t em̄ tunc religiose
 viuam⁹. si illicitos mores sub disciplina
 coercem⁹. **S**i membra z sensus n̄ros stu
 deam⁹ restringere. vt nequeant lasciuie z
 leuitati deseruire. vt aspect⁹ noster sit sim
 plex. z humilis. ne fixe aspiciat ocul⁹. qd̄
 illicite p̄cupiscat anim⁹ **E**t noster aud
 tus sit purus z discretus. ea q̄ superflua
 sunt z vana respuens. ea que dei sunt gra
 tanter suscipiens. **E**t sermo noster sit sa
 le p̄dit⁹. ociosa z noxia detestans bona z

vtilia cōmendans. vt sit in corde mundit
 cia. **I**n vultu pudicitia. **I**ncessus cū gra
 uitate. status cū reuerētia. mor⁹ cū matu
 ritate. habit⁹ cum religione. quaten⁹ vbi
 q; resplendeat sc̄titas. emineat honestas.
 seruet humilitas. vt in oibus motib⁹ no
 stris nihil fiat qd̄ cuiusq; offendat aspe
 ctum. sed qd̄ nostram deceat sc̄titatē. z sic
 tandem in oibus. tā priuate q̄ publice. tā
 palā q̄ clanculum nos geram⁹. vt in no
 bis nō mentiat̄ religionis nomen. **H**āq;
 religiosus. vt ait **C**icero a religendo ap
 pellatus ē. eo q̄ retractat. z tāq; relegit ea
 que ad cultū diuinū pertinent. modum.
 ordinē. formāq; cunctis spiritualib⁹ im
 ponens. **E**t **F**idor⁹ inquit. **R**eligiosi di
 cti sunt ex relegendo. tāq; ex eligēdo. eli
 gentes. z ex diligēdo diligētes. q̄ si in tā
 to culmine positi sum⁹ diuinitatis conti
 neamus imprimis nos taliter. quatenus
 sine rumore alios cōtinere valeam⁹. qm̄
 nō pōt exercitū p̄tinere ip̄erator. sicut p̄
 clare **M**arc⁹ **C**icero inq̄t qui seipsum nō
 cōtinet.

Textus tricesim⁹ primus Augustin⁹

Oculi vestri z si iaciant in aliquā
 feminarū in nullam figant. **F**le
 q; enim quando proceditis femi
 nas videre. p̄hibemini. s; appetere. aut ab
 ipsis appeti velle criminofum ē.

Cōmentū tricesimū primū Ambrosius

Omnipotens dei mandatū est.
 nō mechaberis. in quo oīs mem
 broz genitaliū illicit⁹ prohibetur
 vicijs. ad cui⁹ quidem p̄cepti obseruan
 tiam. cū totū genus obligetur h̄manuz
 nō illud hic iussit **A**ug⁹. vt quidam aiūt.
 sed vt diuine maiestati hoc iubenti facili⁹
 liberi. cōmodiusq; parere valeam⁹. opor
 tunitatē. cām atq; viam. qua ad prohibi
 ti vicij deueniē labem. nobis impauit ca
 uendam dicens. **O**culi vestri. z si iaci
 ant in aliquam feminarū in nullam con
 figant. tanq; si manifeste dixisset. **C**auete
 fratres ne in mulieres oculos conijcet. z
 si contacti fuerint. in nullam figant. qm̄
 in aliquam carū conficti sagitte sunt cor
 da ferientes atq; penetrantes. z secū vi
 8

nis deferentes. vt interficiat animam. perin
de **Tren.** tertio scriptum est. **Oculus me⁹**
dēpredatus ē animam meam. **H**ecam rem
Democrit⁹ sicut **Tertullian⁹** meminit si
bi oculos eruit. ne videlz seias videre. q̄s
sine cōcupiscētia aspicere nō poterat. **A**d
hoc hortat⁹ est nos x̄ps in euangelio di
cens. **S**i oculus tu⁹ scandalizat te. erue
eum ⁊ piſce abste. hinc beat⁹ **Antho.** cum
didimum virū profecto eruditissimū de
sua consolaret cecitate dixit. **M**ulto quō
dem meli⁹ est spū videre q̄ carne. ⁊ illos
oculos possidere. in quos festuca pecca
ti nō possit incidere. q̄ illos q̄ solo visu p
concupiscētia possunt hoīem in interi
tum gehenne mittere. **E**t ne q̄s credat
in simplici visu peccatū consistere subdit.
Neq̄ enī qm̄ proceditis seias videre pro
hibemini. non enim videre prohibitū est.
sed male videre. ille enim male videt. ille
nequiter aspicit. qui p visum ad concupi
scentiaz tendit. hinc adiecit. sed appetere
aut ab ipsis appeti velle criminofum est.
Crimen enī vt ipse super **Johem** inquit.
est peccatū graue accusatōe. ⁊ dānatione
dignissimū. **N**emo idcirco puifaciat cōcu
piscētia. si criminosa est. si accusatiōis
demeritū habet. si concupiscētia dāna
tione facit esse dignissimū. **C**aucaam⁹
igit̄ figere oculū. ne ad concupiscētia
labamur. qm̄ si q̄tidie velis pulchus fa
ciaberis oculo. ⁊ si bis vel ter fortassis lau
queos euades. nō tū que fragilis est. hu
mane nature expers eris. que talib⁹ e con
stipata conditiōibus. vt si etiam contuit⁹
tpe se p̄tineat. spēs nihil oīnus forme se
mel cordi p oculos imissa adeo illigata te
net. vt vix magni luctaminis soluat pote
state. **E**a de re idē vir doctissim⁹ **Cryso
stom⁹** cautos nos reddens inq̄t. **Q**uan
do visa muliere flāma semel accēsa fuerit
⁊ postea absente ea. format quis apud se
imagines turpiū actionū multotiens p
cedit ad op⁹. **T**estis ē sanct⁹ **Dauid.** qui
oculos suos in feminam figēs. illicito ap
petitu deuict⁹ adulterium ⁊ homicidium
ppetravit. **T**estis est **Judas.** q̄ cum in bi
uid nūrum suā **Chamar** aspiciens cū ea
peccauit. **T**estes sunt filij dei. qui cū fili
as hoīm pulchras viderēt. eas in vxores
acceperūt. **T**estes alij innumeri. q̄ ex libi

diuoso aspectu in cōcupiscētia exarse
runt. ac deinde ad fedissima deuenerunt
opera. **E**t si oportune cōmoditatis caren
tia ad opus non ventat. rei nihilominus
sunt apud dei maiestatem. perperam affe
ctantes. dicente **Saluatore** in euangelio
Qui viderit mulierē ad concupiscēnduz
eam mechat⁹ est in corde suo. deus enim
qui est scrutator cordiū nostrā iudicat in
tentionē. **I**taq̄ si cuiusq̄ malus est aim⁹
mala mens. prau⁹ affectus. pueriaq̄ ex
titerit intentio. necesse fit. vt ipse tot⁹ ma
lus sit. **C**hristo testante qui ait. si oculus
tuus simplex fuerit. totū corp⁹ tuum lu
cidum erit. **S**i autē neq̄ fuerit. ⁊ totum
corp⁹ tuū tenebrosū erit. **D**e mētis vti
q̄ oculo qui p̄matū tenet in hoīe. ⁊ a quo
nō solum nomē verūetā ⁊ opationem. et
essentiā tenet. veritas ipsa intellet. **N**e
mo igit̄ se de castitate. nemo de virginita
te. nemo de pudicitia glouet. si castū vir
gineum pudiciūe cor nō habuerit. pote
rit quidem hoīem fallere. sed deū cui oia
patent fallere nō poterit. **S**ed ne homo
exardescat interior. **O**culus auertat exte
rior. ne. si videat vanitatem. ⁊ si viderit in
eam nō figat. **N**ō enim nos **Salomo**
ne sapientiores. nō **Dauid** sanctiores. nō
Sap̄sone existim⁹ fortiores. q̄ si q̄ tanti
viri per incuriā ceciderunt oculorū. **N**os
q̄ longe ab eis virtute distam⁹. itaq̄ morta
le precipitiū sum ope timere ⁊ cauere de
bemus. **D**iscam⁹ igit̄ ab istis. **D**iscamus
⁊ a viro scitissimo atq̄ peritissimo **Johā**
ne os auri. qui cū se tā castum esse glouā
ret. tante continentie atq̄ fortitudinis ex
istimaret. vt dicere ausus esset deo. **D**ñe li
bera me a superbia. qm̄ me ipsum a libidi
ne ⁊ homicidio liberabo. ⁊ tū ad contui
tū erraticę adolescentis in op̄ tate castita
tis ruit colūna. **F**ratres mei. xl. ⁊ ultra
annos exempluz extitit pudicitie. q̄ vnico
momēto amisit gloriā castitatis. ⁊ homi
cidij ppetravit d̄lictū. **D**iscam⁹ ⁊ a **Pau**
lo ap̄lo vase electōis. q̄ preparat⁹ in euan
gelio x̄pi ob carnis aculeos. ⁊ in centina
vitioz nō modo oculos. sed totū corpus
suū repauebat. ⁊ in seruitutem redigebat
ne forte alijs predicās ipse reprobis in
uentret. **F**ratres mei si hic ad tantā gra
tiam erect⁹ post nuditatez. ieiunia. fame.
carceres flagella. ⁊ supplicia clamat. **C**i

deo alteram legē in membris meis repu-
 gnantē legi mētis mee. captiuantez me in
 lege peccati. Et rursus. Infelix ego hō.
 q̄s me liberabit de corpe mortis huius.
 Quō nos securos esse putam⁹. si delicijs
 vacam⁹. si micantes oculos in feminam
 eijam⁹. Ob eā rem patientie atqz stan-
 tie tur? inerpugnabilis Job aiebat. pe-
 pigi fed⁹ cū oculis meis. vt non cogitarē
 q̄des de x̄gine. Expiebat em̄ vir sanctissi-
 mus. q̄ p̄ exteriorē visum interi⁹ corrupē-
 lamen. suis cū oculis pactū pegit. ne in-
 caute aspiceret qd̄ illicite concupisceret.
 Et q̄qz animus ex om̄ib⁹ sensib⁹ tāqz
 suis ex nuncijs possit pmoueri. null⁹ tū
 est. q̄ vel plures vel distinctiores. vel etiā
 vehementiores. exactioresqz mētī nostrē
 offerat species. q̄ visus. Magna nimirū
 est eius pt̄s. z q̄ p̄ amplum gix lustra-
 tionis sue. fulgore velociter cursus ei⁹. et
 sup̄ oēs volucres celi volatus su⁹. pene-
 trabilior om̄i gladio acuto con⁹ intuitus
 ei⁹. Adamat pulchra. z velut strennuissi-
 mus miles atqz expeditissim⁹ armiger.
 quooisum se verterit. dimicando ferit. in
 sublimib⁹ z excelsis q̄maxime delectat⁹.
 Hinc tanqz in arce in sublimiori p̄stati-
 tioriqz pte hoīs oculi sunt a natura loca-
 ti. vt p̄ eos non in feminas. nō in vanita-
 tes huius mūdi. nō in seculi voluptates.
 sed in celos z ad sidera. z ad sūmi dei p̄te-
 plationē n̄r̄ x̄f̄ aspectus. Et qm̄ in domi-
 to eq̄ sunt calcande habene. sic refrenan-
 dus est aspect⁹ n̄r̄. ne calcitret. sic pudici-
 cia ornand⁹ ne labefiat. sic p̄primendus
 ne se extollat. sic retinend⁹ ne in p̄cipitiū
 nos eijciat. sic deniqz vbiqz z apud quē-
 cunqz custodiend⁹. ne referendari⁹ tante
 maiestatis cardo fiat n̄r̄ eterne captiui-
 tatis. Credite mihi fr̄es mei dilectissi-
 mi. curiosum. vanū. z incautū aspectum.
 nō labefactantis libidinis tm̄. verum etiā
 am̄ oim̄ maloz extitisse originē. Nam q̄
 pacto voluptuosissima illa p̄ma parens
 n̄ra. Eva diuinū fuit transgressa p̄ceptū.
 nisi qz vetitū incaute pomū asperit. Chā
 qz impudice patris asperit verēda. de ho-
 norandis parētib⁹ mandatum p̄tempit.
 Castissimū Joseph d̄na oculos in eū cōij-
 ciens in libidinē exarsit. Dina ob ei⁹ va-
 num aspectum asichem corrupta homici-
 dorum. guerraz inerplicabiliūqz fuit cā

maloz. Et nuāde veneris aspectu. Paris
 excelsē z inclite ciuitatis troiane pepit in-
 cendiū. Egyptij visa eius pulchritudine
 Sarā Abrahę iugē rapuerūt. Dolofer-
 nus capt⁹ sc̄tē Judith ornatu cum oī suo
 perijt exercitu. Gener ex luxurioso visu ī
 castā pudicāue Susannā exarsērūt. Sed
 quid p̄ ampliora vagoz exempla. Nō so-
 lum h̄ corpore⁹ sed ment⁹ aspect⁹ incaut⁹
 maloz oim̄ extitit iūū. Nāqz lucifer suā
 pulchritudinē. splendorē. celsitudinēqz cō-
 templās elat⁹ est. z preliari cepit. vt pone-
 ret sedem suā versus aq̄lonē. z silis fieret
 altissimo. Propter qd̄ e celo cū oī sua co-
 hoite in eternos cruciat⁹ etectus ē. Hinc
 x̄ps in euangelio dicit. Videbā sathanā
 sicut fulgur de celo cadentē. Q̄qz igit̄
 periculosus. q̄ d̄nā d̄us. q̄ detestand⁹.
 q̄qz magnope fugiēdus ē interior⁹ exte-
 riorūqz oculoz van⁹ z incautus aspect⁹.
 Peride sanct⁹ supplicabat David. Auerte
 oculos meos d̄ne ne videant vanitatē
 Auerte oculos carnis ne carnalis fiam.
 Auerte d̄ne. auerte oculos mentis mee.
 ne elatus a tua celsitudie. sicut sathanas
 tuā. Ob eam rē sancto Loth a sodomis
 fugienti p̄cipit. vt nō retroaspiciat. neqz
 remaneat in oī circūadiacenti regione. s̄z
 in monte saluū se faciat. Qui retroaspici-
 cit. vt x̄ps ait nō est apt⁹ ad regnū dei. h̄
 est qui sicut canis ad vomituz redit. q̄ ex
 religione ad iā relictam militiā secularez
 reuertit. qui p̄ oculos corporeos aie que-
 rit interiū. qui ob mundanarū rerū con-
 cupiscētiam. minime veref̄ sua labefacta-
 re conscientiā. de q̄ quid aliud sentire pos-
 sum⁹. nisi qd̄ vxor Loth retroaspicienti
 p̄tigit. vt salis videt̄ conuertat̄ in statuā.
 vt de aiato sensibili z rationabili. inaiat⁹
 īsensibil̄ irrōabilisqz fiat. vt q̄ mior hoie.
 deterior bruto. z sicut lapis sine oī vita ef-
 ficiat̄. Contemlemur q̄. q̄ mala sit hui⁹
 positionis inspectio. q̄qz detestanda ani-
 mi adūsiō. Neqz aliquis dei seru⁹. sicut z
 Loth in aliqua circūadiacenti remanere
 debet regione. circūadiacētes regiones ī-
 ordiati sunt alioz sensuū appetit⁹. Quid
 dei famulo p̄dest. si cōponat oculos. lin-
 guā habeat ad detrahendū solutā. nares.
 gustū. tactūqz ad molliciem. sapores. odo-
 res z ad oēs indecentes voluptates hēat
 extēfos. aures ad vana colloquia audiē-

da habeat erectas. De quidē vie pessimā datarū ciuitatum sunt quib⁹ pōt ad animā ingredi mors. Idcirco ⁊ has regiones incolere. sicut retroaspicere caueam⁹

R Et in montē vbi saluifiamus nitamur ascendere. Chustus enī vt oraret. crebri⁹ ascendebat in montē. Dauid ppheta oculos suos. vt inde ei auxiliū veniret. leuabat in mōtes. Lex dñi i mōte fuit Adoy⁹ si collata. Dei hoīsqz filius in monte voluit exaltari. ⁊ de mōte in celum ⁊ ad patrem redire. Et deliciarum paradysus in monte constituta est. qm̄ mōtes sublimiores sunt celo ppinquiores. ⁊ deo qz conuallēs sunt filiores. qui magn⁹ est ⁊ excelsum. ⁊ super oēs celos. qui firm⁹ ⁊ stabilis dans cuncta moueri. q̄ preciosiora munera donat. q̄ ab oī conuallū est alien⁹ caligine. Mons tñ primus triiceps est. qm̄ vnus de⁹ ⁊ trinus est. p̄montona ⁊ appetitū sūt sancti. videlz qui in celesti illa ciuitate sunt primores. tandem colles sunt qui inferiores sunt spirit⁹ bti. Ad hos inquam inspiciam⁹. ad hos oculos mentis nostre eleuemus. sed ad vnū ⁊ tripitēz primū dirigamus aspectum. clamātes cū propheta. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. vt inde veniat nobis hic bene opandi auxiliū. ⁊ postmodū ad euz ascendendi cōcedat vehiculum. Quisqz igitur Sodomoz gomorreorum fugere incentiua desiderat vitiōz ab eoz aspectu. vicinorūqz residentia se prorsus faciat alienū. ⁊ simul cum Loth altos virtutum montes conscendat. ⁊ tandem ad montem qui chustus est efferi mereatur Etenī tanto quispiam illesior seruabitur a vitijs. quanto ⁊ corpore ⁊ virtute magis elongabitur ab eisde. Et ne quis ambigat visum esse eam cupiscentie addit

Lectus tricesimusecund⁹ Augustin⁹

On in solo tacito affectu. s; aspectu quoqz ⁊ affectu appetitū ⁊ appetitū cōcupiscentia feminarū.

Comentū tricesimūsecundū Ambrosi⁹

V **b** Ic tacite p̄ceptor nr̄ respōdet q̄stioni. Nam cū plurimis in locis ipse asseuerauerit pctm̄ intm̄ esse

pctm̄ inq̄tuz est voluntariū. Et itez peccatum esse retinēdi voluntatē. vel p̄sequēdi qd̄ iusticia vetat. Et rursus omne peccatū esse factum. vel dictū. vel p̄cubitum p̄tra eternam legē. ex ipsa p̄cedens voluntate. ex qua tanqz ex arbore mala procedunt opa mala tanqz fruct⁹ mali. nō igitur ex ipso aspectu cupiscentia. vel qd̄ cunqz aliud emanat pctm̄. Huic latenti obiectioni r̄ndet dicens. nō solo tacito affectu. h̄ est tacita voluntate intus cupiscentia orit̄. sed aspectu quoqz exteriori simul cū affectu interiori generat̄. ac si diceret q̄ ex vano aspectu orit̄ iniquus affect⁹. ac p̄inde necesse ē. vt ex vtroqz oriatur pctm̄. Hinc sane scriptum est. Ascendit mors p̄ fenestras n̄ras. ingressa ē domos n̄ras. Sed qd̄ est mors anime nisi cōcupiscentia mala. Quid dom⁹ n̄ra. nisi mēs nostra. in q̄ vniuersa bona ⁊ mala nostra sunt recondita. Et p̄ huius domus fenestras. qd̄ aliud. nisi quinqz sensus corporis intelligim⁹. Adors⁹ p̄ fenestras ascendit. atqz in domos ingredit̄. qm̄ cupiscentie vitiū per sensus corporis ad mentis serpit interiora. Non tñ ob eam rem. sensatōnem ipsam pctm̄ esse dicim⁹. etiam si ad intellect⁹ accessit cognitionem. sed si fixa fuerit. sed ⁊ voluntas fictioni p̄senserit cā est peccati. Tñ beatus Hieronymus saluatoris x̄bum interpretans. in quo dicit Qui vident mulierem ad cupiscendum eā. iam mechatur est. Inq̄t inter passionē ⁊ propassionē h̄ interesse. q̄ passio reputatur in vitiū. p̄passio licz vitiū culpam habeat. tñ non tenet in crimine. ergo qui viderit mulierem. ⁊ aia eius fuerit titillata. h̄ propassione p̄cussus est Si h̄o cōsenserit. ⁊ de cogitatione affectum fecerit Sicut scriptū est in Dauid. transierunt in affectu cordis. de p̄passione transiit ad passionē. ⁊ huic non voluntas sed occasio d̄est peccandi. Quapropter ne ex propassione veniam⁹ ad passionē. ne ratio succubat. ne voluntas p̄ exteriorē appetitū pereat. ne p̄ fenestras n̄ras. mors ingrediat̄ ad domiciliū p̄sentie nostre. opus est vt fenestras ipsas diligenter custodiam⁹. ⁊ oēm nostrz appetitum ratōni subijciamus. Nam in omni actione scienda. tria sunt. vt. **D. L.** ait. tenenda. primū vt appetitus pareat rōni. quo

3

2

nihil est ad officia seruanda accommoda-
tius. Deinde ut aiaduertat. quanta illa res
sit. qua efficere velim. ut neue maior. ne
ue minor. cura et opa suscipiat qua ca po-
stulet. Tertiu vt caueam. ne que ptinent
ad liberalē spēm. et dignitatem imoderata
sint. Modus aut optimus est. decipsum
tenere. nec p̄gredi longi. Hoz tñ trium
prestantissimū est appetitum obrepere rōi
obtempat autem mime. si a viro feiarum
appetat concupiscētia. vel ecōtra cōcupi-
scentia feiaz ipsum appetat virum. Hoc
ad illud referit qd̄ imediate superius dixit.
Neqz enī feias videre. phibemini. sed eas
appetere. aut ab ipsis appeti velle crimi-
nosum ē. Itaqz feiaz concupiscētia sub
utrouis actiuo. videlz et passiuo sumat re-
spectu. sub quīs casu. sub recto. s. aut sub
ablatiuo ei⁹ capiat habitudo.

Text⁹ vicesimusterti⁹ Augustin⁹

Ec dicatis vos habere aios pu-
dicos. si habetis oculos impudi-
cos. qz impudic⁹ oculus impudi-
ci cordis ē nuncius.

Comētū vicesimūtertū Ambrosius

Horundā redarguit versutiam.
qs non mō vite penitet impudi-
ce. sed eoz nitunt̄ mentis impu-
dicitā quoddā falso tegere velamine. cuz
tñ non desistat ipudicis oculis se accusa-
re. et eisdē tāqz efficacissimis testibus se de-
nūciare quictos. q̄ quos sagax p̄ceptor
ait ne dicatis vos habere aios pudicos.
si habetis oculos ipudicos. qz impudic⁹
oculus impudici cordis ē nunci⁹. Tāqz si
apte diceret. quid ai pudicitā et sanctita-
tē silatis ypocrite. cū vestre mentis corru-
ptionē impudici oculi vestri denuncient
Nescitis q̄ ea que int⁹ latēt. exteriora ge-
stālinuāt. An ignoratis q̄ habit⁹ cor-
poris creberrim⁹ sit nunci⁹ habit⁹ men-
tis. Quid fingitis rectitudinē. cū obliqui-
stis. Quid pulchritudinē cuz turpissimi.
Quid nitore cū in tetrum estis chaos il-
lapsi. Sitis ḡ veraces. vt qd̄ profitemini
ore. oculus indicet. et mens ipsa teneat.

Nō enī nisi in aia vera pudicitia p̄stituta
est. qz qz ei⁹ index oculus eē possit. p̄inde

a supratore nec ipsa eripi pōt. Itaqz vio-
lencia nō violat pudicitia. Et ip̄e ad pre-
sulem honoratū scribit. si mente seruetur
qm̄ nec in carne violat. qm̄ voluntas pa-
tientis sua turpiē carne non vitē. sed sine
cōsensione tolerat. qd̄ alius operat. Sic
apud gētiles Lucretia Matrōna nobi-
lis Romana. vi stuprata laudat atqz de-
fendit. Sic apud christicolos diua Lu-
cia consulari Pa. casio sibi lupanar minā-
ti dicens. nō corrupiē caro. nisi de con-
sensu mentis extollit. qd̄ et Aug⁹ in epla
ad Victorinum clar⁹ asseuerauit dicēs.
Si aimus nulla cōsensionis turpitudine
maculat. etiā carnē suam defendet a cri-
mine. et quicqd̄ in ea nec cōmisit nec p̄mi-
sit libido patientis. soluet culpa facientis
Dis enī illa violentia nō pro corruptio-
nis turpitudine. s. p̄ passionis vulnere de-
putabit. tantū enī valet in mente integri-
tas vt illa inuolata. nec in corpore pos-
sit pudicitia violari. cui⁹ mēbra potuerūt
supari. Et in excellentissimo de ciuitate
dei inquit. Cū pudicitia virtus sit animi
comitēqz habeat fortitudinē. qna potius
quelibet mala toleraret. q̄ malo cōsenti-
ret discernit. null⁹ autē magnanim⁹ et pu-
dicus in potestate habeat qd̄ de sua car-
ne fiat. sed tantū qd̄ annuat mēte vel re-
nuat. quis tandē sane mētis putauerit se
pdere pudicitiam. si forte vi apphensa et
oppressa carne sua. vt erarceat et expleat
libido nō sua. Et vt vīs mentib⁹. que
dixim⁹ magis p̄luceant. Sane aduerten-
dū puto. q̄ ceu bifariā definuim⁹ virgi-
nitatem. mētis. s. et corpor⁹. sic duplex pu-
dicitia gen⁹ esse asseruimus. Altez qd̄ in
aio residet. Altez qd̄ ad corpus. mō spe-
ctare videt. Virginitas mentis fides est
incorrupta. Virginitas corporis ē corp⁹
intactum. nā sicut carnalis sponsa vt vir-
go a suo censeat sponso. necesse habet vt
illesum integrū et intactū suū vas p̄seruet
ita et virgo xp̄i. et per mentis desponsata
virginitatem. integrā fidem. solidam spēm.
sincerāue caritatem et inuolabilem tenet
opus est. Eo pacto d̄ pudicitia. qz qz oēs
humani virginalis. maritalis. vidualisqz
status decor et ornamentū sit. censendus
est. vt altera. castissimis polleat in corpo-
re mouibus. altera sine vlla fictione splen-
descat in mente. Et qm̄ par est opposi-

toꝝ multiplicatio. duplicē etiā esse impu-
diciā astruam. Alterā animi. alterā cor-
poris. **Q**ue aīc est p intranee cogitatiois
delectationē pagit. **Q**ue vō corporis p ex-
teriores act⁹ multifariam implet. Nam
nunc p visum. nunc p auditū. nunc p ta-
ctū. non p locutionē. nunc p opationis
complet defluruz. **E**t rursus. ea que per
visum cōmittitur in tot pfundit. species.
quot modis. pcar oculus dicitur impudi-
cus. **E**tenī sic vno mō dicit. cuz humani
serus verēda inspicere nō verē. sic **A**bā
genitor sui **H**oe vno madefacti pudē-
da deridendo vidēs. meruit maledictio-
nem habere. **R**ursus cū pulchras depic-
tas imagines libidinosē intuet. sic oli-
ba meretricū oculoꝝ suoz concupiscentia
insaniuit. cū **C**aldeoꝝ hoies formose de-
pictos baltheisqz accinctos conspiceret.
Cū etenim coeūta bruta. quoz aspectu
humana solet puocari cōcupiscentia ne-
quise oculi. conijciūt. **C**ū in spectaculis
impudicorū actū. ceu in theatris gēti-
les faciebant. repñtationes ab eis cōspici-
untur. **Q**uos beatus **A**ug⁹. in pclarissimo
de ciuitate volumine detestans ait. **V**e-
niebam⁹ ⁊ nos ad olefcētes ad spectacu-
lū ⁊ ludis turpissimis oblectabamur. **A**m-
plus ocul⁹ impudicus dicit. vel cū mu-
lierū species curiose raneqz pferat. **C**ō-
tra quem modū **E**cclīasticus ait. **N**e re-
spicias spēm mulieris. vel cū suis eas rep-
cutit nutib⁹. **Q**z venenose. qz effi-
caces sagitte ad subuertendas mētes. sūt
nutus oculoꝝ. **P**erinde **S**alomon in p-
uerbijs inquit. **N**ō cōcupiscat pulchritu-
dinem ei⁹. s. male mulieris cor tuū. ne ca-
piaris nutib⁹ illius. **R**ecte igit ⁊ pce-
ptoz noster inq̄t. **I**mpudic⁹ oculus. ipu-
dici cordis est nūci⁹. pstat enī oculos. sub
animi esse regimine. quare ipsi ipudici ef-
se nō possent. nisi ⁊ ipse sit anim⁹ impu-
dic⁹. **Q**ue enī matrona dici posset pudic-
ca. que p suos nuncios ipudicis verbis.
sibi faciat amatores. **N**ōne oculi sicut ge-
nitalia subduntur rōni. **S**ed cum per hu-
iusmodi mēbra nihil exerceat impudicum
q̄n illud aio ascr bat. quo pacto si ocul⁹
erit impudic⁹. anim⁹ pudicus erit. **N**ō q̄
vanū ⁊ impudicū parumpendam⁹ aspectū
si ex oculo ipudico cor fiat impudicuz. si
nostre pffessiois vota negligantur. si reli-

gionis decor perdat. **T**urpe enī valde
⁊ vitiosum est. ⁊ omnino detestabile. si cū
habitu sancto ⁊ in sancta pffessioe. scōz
to digna exerceant opera. **P**erinde mix-
imodum nos **P**ericles delectauit obuir-
gatio. qui cū haberet collegaz in pretura
Sophoclem poetā. vt. **A**. **L**. pmo offi-
cioꝝ meminit de cōiqz officio conuenit
sent. ⁊ casu formosus puer pterret. dicit
qz **S**ophocles. **O** puerum pulchrū. peri-
cles ipsum his verbis obuirgavit pretoriē
O **S**ophocles decet nō solum man⁹ sed
etiā oculos abstinentes habere. qz si pre-
toꝝ ⁊ aspectus ⁊ sermo college sui displic-
uit impudicus. quāto nobis magis qui
ad honestatem sum⁹ dedicati. omnis tur-
pitudine. omnis vanitas. omnis impudi-
cus actus displicere debet. que enim par-
ua videntur esse delicta. nec a multis in-
telligi possunt. ab his. si veri dei cultoz
esse desideramus. etiam diligenter est de-
clinandum. **L**auemus igitur fratres
nobis omnē impudicitiam corporis. sed
multo magis repellamus impudicitiaz
mentis. simus corpore sed magis animo
pudici ⁊ imaculati cogitem⁹ qualis vtri-
usqz conditio. **N**am pudicitia ornamen-
tum est nobilit. impudicitia cōfusio. hec
exaltatio humilit. illa depressio. hec no-
bilitas ignobilium. illa exterminatio. hec
pulchritudo viluz. illa turpitudine. hec so-
lumen merentiu. illa luctus. hec augmē-
tum omnis pulchritudinis. illa diminu-
tio. **H**ec decus religionis. illa vituperiu.
Hec minoratio criminum. illa augmenta-
tio. **H**ec multiplicatio meritorum. illa di-
minutio. **H**ec creatoris omnī dei am-
ca. illa inimica. **Q**uid plura. **T**ar⁹ est pu-
dicitie splendor. vt in eius virtute homo
non distet ab angelo. **E**nde **B**ernard⁹
ait. **D**ifferunt quidem inter se homo pu-
dicus ⁊ angelus. sed felicitate non virtu-
te. huius enim castitas felicitior. sed illius
fortior esse dignoscitur. **E**contra per im-
pudicitiam hō non distat a bestia. **L**an-
tum insuper immortalī ac ppropetū deo
semp grata extitit pudicitia. vt de illa nō
solum apud fideles suos. verum etiam ⁊
apud gentiles admirandam gratitudinē
palam voluit demonstrare. **E**nde nauim
qua simulacrum matris **A**. **h**rygie vehe-
batur. vt pater noster **A**urelius **A**ugusti

nus decimo libro de ciuitate dei. memi-
nit multis hominibus. boiūq; conatibus
immobilem redditam. vna muliercula 30
na alligatam ad sue pudicitie testimoniū
mouit ⁊ traxit. Virgo item vestalis. cum
de eius corruptione questio verteretur.
aqua impleta cribro de Tyberi neq; per
fluente. abstulit controuersiam. **E**con-
tra unpudicitia sic semper exhorruit de.
vt apud nullam nationem reliquerit im-
punem. **I**dcirco ne quis impudicū par-
uipendat aspectum. sed ad ipsum euitan-
dum fugiendūq; semper sim⁹ feruentio-
res. qui ⁊uales ex ipō sequantur effect⁹
oiteridit. cum subdit.

Lex⁹ tricesimusquartus Augustinus

Cum se inuicem sibi met etiam
tacente lingua cōspectu mutuo.
corda nunciant impudica. ⁊ sibi
concupiscentiam carnis alterutro dele-
ctantur ardore. etiam intactis ab imun-
da violatione corporibus. fugit castitas
ipsa de moribus.

Cōmentū tricesimūquartū Ambrosius

Terum quidem est. quod antiqu⁹
sermo dicit. Diutissime non po-
test amantium tegi amor. cui⁹ rei
causam illam esse arbitror. quam ipse pie
ceptor insinuauit his verbis. Amor me⁹
pondus meum. eo feror. quocūq; feror.
Et rursus. amor transformat amantes in
amatum. ⁊ adeo quidem. vt amboꝝ vn⁹
efficiatur animus. **E**t si natura corporū
admitteret penetrationem. idem procul
dubio fieret corpus. quam cum non pa-
tias nutibus. gestibus. ⁊ quibuscūq; pos-
sunt acibus nituntur vinculum insinua-
re animorum. quod ⁊ de casto ⁊ libidino-
so potest amore contingere. **S**i perfect⁹
fuerit. castitas ipsa intendit. **S**i autem
carnalis ⁊ voluptuosus. beluini. mores
castratam iam amissam denunciant.
Hoc est quod ait. mala que ex impudico
sequuntur aspectu explicādo. **E**t cū cor-
da. hoc est cogitationes ipse turpē se ad
amantium. se inuicem. sibi met mutuo ac
libidinoso aspectu. etiam si tacēte lingua
vt inter eos nullus proisus oriatur ser-

mo. impudica esse denunciant. ⁊ cum se-
cundum concupiscentiam carnis alteru-
tro. hoc est reciproco delectantur ardore
etiam minime tactis ab immunda viola-
tione corporibus. cum hec in quaz q̄ iam
dixim⁹ ex impudico puenerint aspectu. s̄
danosuz ⁊ plurimū detestabile sequet ma-
lū. q̄ fugiet castitas ipē ⁊ morib⁹ **I**taq;
mala q̄ ex vano proficiscunt aspectu. sūt.
que ipsa sūt corda impudica. q̄ inextin-
guibiles libidis nascunt ardores. q̄ ho-
nestatis flores ⁊ omnes beati corrupunt
mores. ex quoz q̄dez corruptela etiaz in-
tact⁹ ab imūda violatione corporibus fu-
git. ⁊ tandem ipsa religiosoz sponsa casti-
tas perit. **E**t cū ex impudico visu i ma-
lam cogitationē. que p̄ cor significat. ex
mala aut cogitatione in prauā deuenitur
delectationē. hec p̄ sensum parit. ex q̄ libi-
dinosē carnis succendunt ardores. ex qui-
bus mala gignit opatio p̄ cuius frequen-
tiā p̄suetudo nascit. p̄suetudo autē legeꝝ
⁊ necessitateꝝ inducit. **I**stis. fomentis q̄li
quibusdā gradib⁹ exerceet libido. tollit ⁊
mente x̄ginitas. fugit ⁊ morib⁹ castitas.
p̄sumat ⁊ crecat peccm. q̄ anima misera aſ-
tit a deo. qm̄ vt a nostro p̄ceptore ⁊ simi-
tū est. peccm̄ nil aliud est nisi sp̄reto inco-
mutabili bono. adhesio bono p̄mutabili
quare adultera effecta. ac proinde iure a
suo legitimo sponso repudiata. ⁊ expulsa
om̄iq; auxilio desituta in manus incidit
inimicoꝝ. qd̄ in Dalida satis est apte fi-
guratū. que Sampsonē viz suū fortitu-
dine expoliatum suis prodidit hostibus
Quid em̄ p̄ Dalidam nisi concupiscentia
Quid per Sampsonē nisi mens intelli-
gitur. **N**ā quemadmoduz Sampson sue
fortitudinis p̄ rescationē capilloꝝ stute-
puat. a Dalida vxore hostib⁹ tradit. sic
⁊ aia misera capillis. s̄ est timore ⁊ amo-
re dei. pudore. ⁊ sue rōnis lumie. ceterisq;
stutib⁹. q̄bus inuictissime cum hoste pu-
gnans decora sp̄icit. reiectis ⁊ omnino
prostratis. a Dalida p̄iuge. hoc est. p̄
ditrice p̄cupiscentia diuino proisus ⁊ sti-
tura auxilio. i laqueos tradit demonioꝝ
Eccliaſtico testate q̄ ait **S**i vederale tue
p̄cupiscentias suas. faciet te in gaudium
inimicis tuis. **I**n gaudiū enim eoz te fa-
ciet. cum ab eis captus subuertis.
Nāq; hostium mos est. vt debellata ciui-

tate. vasa. domos. menia. ⁊ oia in ipsa cō-
tenta subuertant. Vasa autem subuersuz
omni euacuaz cōtento. Sic cū a demoni-
bus subuersus erit. misera aia tua. fide. spe.
caritate. ⁊ ceteris euacuabit virtutibus. q̄
circa diuine imaginis amisso candore. et
super carbones nigrior effecta. teterrimo-
rū spiritū sibi similitudinē pariat neces-
se est. Assentit his Daniel sanct⁹. qui vo-
luptuosissimos Senes detestans ait. Ex-
arserunt in cōcupiscentia ei⁹. ⁊ euererūt
sensum suū ⁊ declinauerūt oculos suos.
⁊ nō viderent celū. neq; recordarent iudī-
ciorū iustorū. Assentit Ap̄ls. qui ob eas
rationes iubet nobis. vt oēm malam con-
cupiscentiā mortificare debeam⁹. Assentit
Iobes euangelista p̄cipuus. qui vnū ex
tribus nostris hostib⁹ imanissimis cōcu-
piscentiā numerauit oculoꝝ. Quare cuz
huiusmodi cōcupiscentie genus tot periat
mala. nō debent religiosi ei relaxare. s; po-
tius calcare habenas. piū imitātes Iho-
biam dicētē. *Ab undā seruaui aiam meā.
ab oī concupiscentia.*

Text⁹ tricesimusquint⁹ Augustinus

*Ec putare debet. q̄ in feminā fig-
git oculū. ⁊ illius in seipsum dili-
git fixum ab alijs se nō videri cū
hoc facit. videt omnino. ⁊ a quib⁹ se non
videri arbitratur.*

Cōmentū tricesimūquintū Ambrosi⁹

*Uamobriē quis ipudice oculos
in feminā figat. p̄cēt voluptatum
incentiua. idcirco esse pōt. vel qz
id nō opinat esse illicitū. cū op̄indez p̄
mala ex eo sequentia satis cōstat esse im-
pbatā. vel qz adeo stolidus est. vt ab alio
se videri nō existimat. sicut in presenti l̄ra
inquit. Quibus nisi cecis ⁊ surdis talem
compabimus. Ceci enī qz ipsi non vidēt
alios minime videre credunt. Surdi vō
cū loquant. semp clamant. putātes alios
sūtiter surdos esse. Sic ⁊ voluptuosi ho-
mines in feminas oculos defigētes. qm̄
amore ceci sunt. Juxta poetarū figmēta.
amozē secū labentū circūassistātes oēs ce-
cos esse putāt. Sed lōge cec⁹ est. Vident
enī oīno. ⁊ a quib⁹ se videri nō arbitrant*

*Nō enī Ysaac sua dum vxore Rebecca lo-
cantē se videri credebatur. cum tñ ab Ima-
lech Palestinoꝝ rege visus p̄ fenestram
fuit. multis itē vtriusq; secus adulteris ⁊
alijs in oī facinore scelestissimis p̄tiguit. vt
dū nō se videri existimēt. ⁊ vident ⁊ com-
p̄hendent. ⁊ tādē illaqueati magnis affi-
ciunt supplicijs. qd ⁊ iustissimo dei fit iu-
dicio. tū ne etiā in hoc mūdo graua sce-
lera ipune omittant. tū ⁊ alij coꝝ terreatur
exēplo. q̄ pacto ob Ananie Saphire
q; iudiciū in actib⁹ ap̄loꝝ scriptū est. Fa-
ctus ē timor magn⁹ in vniūsa ecclesia ⁊ i-
oēs q̄ audierūt illud. tū vt oppida. ciuita-
tes. regna. impia. ⁊ tandem oēs respublice
p̄seruent. qm̄ sublata iusticia qd hec oia
nisi magna essent latrocinia. Interdū oī
potens de scelestissimos hoīes puniri iu-
bet. vt cū eis misericordit agat q̄ten⁹ pu-
niti p̄fusione qdam corrigant. correpti se
virtutum faciāt amatores. Juxta David
sniam dicētis. p̄fundant. s. p̄ctōres. ⁊ con-
ūtant retrosum. s. est a suis vjjs malis p̄-
fusione retrabant. Vel iō oculos fige-
re quispiā nō verec. qm̄ tātē amentie fa-
ctus est. vt ab insopito diuine maiestatis
oculo credit nō videri. cui⁹ erroneā ima-
ginē refellit cū subdit.*

Text⁹ tricesimussext⁹ Augustinus

*Ed si lateat: ⁊ a nemine hoīm vi-
deat qd faciet de illo desup inspe-
ctore. quez latere nihil pōt. An iō
putand⁹ est nō videri. qz tātō videt pati-
enti⁹. q̄nto sapiēt⁹. Illi q̄ vir sanct⁹ time-
at displicere. ne velut feminā male videre
Ill⁹ nāq; ⁊ in hac cā cōmendand⁹ est ti-
mor vbi scriptū est. Abominat. o est dño
defigens oculū.*

Cōmentū tricesimūsextū Ambrosi⁹

*Inexplicabilē puerorū hoīm ceci
tate. vt infinitā mentē. t. termina-
bilem sapiām. oculū insopitū. et
singula penetrant. luce indeficientē. in-
tellectū oia cōprehēdentē. aliqd latere ar-
bitrent. Nūquid tenebre tante maiestatis
oculos impedire queūt. vt non omnia vi-
deant. q̄ sole lucentiores cūctas tenebras
fugant. Nūquid media. qui oia penetrāt*

Nūquid rex exiguus. qui oēs numerat
 athamos. **N**ūquid earū distantia. q̄ oīa
 a fine vsq; ad finem attingūt. ⁊ vbiq; sūt
 p̄ntes. **N**ūquid earū pfunditas. q̄ vniū//
 sas p̄trascunt abyssos. **N**ūquid rex cel//
 stitudo ⁊ sublimitas. qui oēm celsitudinez
 sublimitatezq; transcēdunt. **P**erinde Job
 patientissim⁹ inq̄t. nō sunt tenebre ⁊ non
 est vmbra mortis vbi abscondant̄ q̄ ope//
 rant̄ iniquitatē. **P**erinde Salom on ait.
Oculi dñi multum lucidiores sup solem
Perinde Esaias in p̄sona dei loquēs di
 cit. **E**go i throno meo p̄sideo oīa. **P**er//
 inde Labā q̄q; gentilis ita fat. **N**ullus
 sermonis nr̄i testis est absq; deo. q̄ vbiq;
 respicit vniuersa. **H**inc etiā Dauid ceci//
 nit. ipse est q̄ nouit abscondita cordis. ac
 si diceret. q̄nto maḡ oīa alia. ⁊ vbiq; abs//
 condita. ⁊ rursus exclamās. sic euz affat̄.
Intellexisti dñe cogitationēs meas de lō
 ge. ab ipsa. s. tua eternitate. semitā meam.
 ⁊ funiculū meum inuestigasti. ⁊ oēs vias
 meas p̄uidisti. **E**t rursus. ⁊ non est sermo
 in lingua mea. quē. si tu non p̄recognoue
 ris. **E**cce tu dñe coguisti oīa nouissima
 ⁊ antiqua. **T**u formasti me. ⁊ posuisti su//
 p me manū tuā. **I**mirabilis facta ē sciētia
 tua ex me p̄fortata est. ⁊ nō potero ad eā.
Et idcirco dñe. **Q**uo ibo a spū tuo. ⁊ quo
 a facie tua fugiā. **S**i ascendero in celum
 tu illic es. si descendero in infernū ades.
Si sūpsero p̄nas meas diluculo. ⁊ ha//
 bitaui in extremis maris. **E**t enī man⁹
 tua illuc deducet me. ⁊ tenebit me dexte//
 ra tua. **E**cce q̄mpla. q̄q; excelsa p̄tās ⁊
 sapientia dei vt eā neq; p̄terire. neq; fuge
 re quicq; possit. **E**t ne sicut amentes vt se
 abscondāt antra petūt locoz. subiūgit. et
 dixi forsitan tenebre p̄culcabūt me. ⁊ non
 illuatiō mea in delicijs meis. **V**ana q̄//
 dem ē cogitatio filij hoīm. **E**t quare dñe
 q̄ tenebre non obscurabunt̄ a te. **E**t non
 sicut dies illuminabit̄ sicut tenebre eius
 ita ⁊ lumen ei⁹. qm̄ nihil obscurū est in cō
 spectu tuo altissime. **E**t q̄re iter dñe. va//
 na est cogitatio petōz a te se abscondere
 volentiū. q̄ tu possidisti renes meos. co
 gitationes meas intuendo. q̄ tu suscipi//
 sti me de vtero m̄ris mee. potentiam sil⁹ ⁊
 misericordiam oñdēdo. q̄ nō est occultatum
 os meū a te. qd̄ fecisti in occulto. ⁊ substā
 tia mea in inferiorib⁹ terre. **I**mpfectum

meū. hoc ē pctā mea viderūt oculi tui. et
 in libro mētis tne oēs boni. s. ⁊ mali scri//
 bun̄. **H**is vas electōis **P**aul⁹ assentiēs
 insonuit. **D**ia nuda ⁊ aperta sunt oculis
 ei⁹. qm̄ non solū opa ipsa. sed oēs motus
 oēs gestus. nut⁹. cogitationēs affect⁹. intē
 tiones. ⁊ deniq; cuiuscūq; generis enti//
 tatis vniūsa. sic ei patent. vt neq; tenebre
 neq; infimēdia. neq; exiguitates. neq; di
 stantie aut remotiones. neq; latebre vlle
 ei⁹ possunt ipedire aspectū. **S**ane q̄ p̄ce
 p̄ptor n̄ ait. q̄ si fingens oculum lateat
 ⁊ a nemine hoīm videat. qd̄ faciet desup
 de illo inspector. quē latere nihil pōt. qm̄
 vt in libro. lxxxiij. q̄ntū. ac in de essentia
 dei ait. oculos hz altissim⁹. q̄ vis in eo ē.
 in qua oīa p̄cipit atq; intelligit. qua oīa
 videt. ⁊ nihil ei later. qua oīa sunt nuda.
 ⁊ nihil est obscurū. **E**t cū solus loquerē
 cū deo atebat. fateor equidē. q̄ quicqd̄ fa
 cio aū te facio. ⁊ illud qd̄ facio. meli⁹ vi//
 des tu q̄ ego q̄ facio. **Q**uid enī sp̄por
 tu parit̄ semper p̄ns assistis. vtpote perpe
 tuus inspector oīm cogitationū. intentio
 nū. delectationū. ⁊ opationū mearū. **E**t
 idcirco sepenumero eum totū esse oculū
 dicit. q̄ oīa videt. totum manum. q̄ oīa
 operat̄. totum pedez. q̄ vbiq; est. magna
 propterea ē nobis indita necessitas recte
 viuendi. vt diu⁹ **B**oetius in libro philo//
 sophie cōsolationis trālegit. qui cūcta fa
 cim⁹ ante oculos iudicis cūcta cernent̄.
In cui⁹ iudicio cum nil p̄fecto remanet
 inultū. reprimi a culpa magnopere debe
 mus. **A**d reprimenda hō delicta vni//
 cuiq; eozum generi sunt antidota contra
 ponenda. nāq; superbiā humilitas. iram
 mansuetudo. inuidiā caritas. gulā absti//
 nentia. luxuriā continentia. pigritiā bene
 operandi sollicitudo ⁊ spiritualis iocun
 ditas. auariciam pietatis officia oppu//
 gnant. **C**ontra item oīm vitiōrum incen
 tria. inferni tormenta. contra transito//
 riaz delectationem perpetuum debemus
 dolorem opponere. qm̄ momentaneum
 est qd̄ delectat. qd̄ vero cruciat eternum.
Igit̄ maximā eoz infantiā. q̄s p̄ mimis
 infinita. p̄ momētaneis cōna. p̄ obscurissi
 mis lucidissima. p̄ fluxibilib⁹ voluptatib⁹
 sūmū bonū. p̄ cōcupiscētia oculoꝝ nō pu
 det gloriā perdere angeloz. **Q**uā igit̄ p̄//
 clare eo i libro. quē de libo disputauit ar

bitrio. Sanctus pat̄ noster Augustinus
p̄clamauit ad dñm dicens. *Ue qui dere
liquunt te sapientiã. veritatē. ⁊ ducē. ⁊ ob
errant in vestigijs tuis qui nut̄ tuos p̄
te amant. ⁊ obliuiscunt̄ quid innuas. ⁊
suauissima lux. purgate mentis sapientiã
nō enim cessas innuere nobis. que ⁊ q̄n
ta sis. ⁊ nutus tui sunt oē creaturarū deu
cus. qđ obuii concupiscentijs ⁊ in volu
ptates demersi. ⁊ tāq̄ ceci ambulantes.
⁊ videri ⁊ contēplari contēpnunt: Confe
ram⁹ igitur ex his nihil esse qđ diuinā fu
giat cognitionē. Conferam⁹ proinde sū
mū esse dementie cardinē. putare nō mo
do oculoꝝ nutus. sed etiã aliquē mentis
conceptū diuine maiestatis posse intui
tum preterire. etiã si ad puniēda male cō
missa tardior videat̄. Hinc noster accura
tissim⁹ p̄ceptor adiecit. An ideo putan
dus est nō videre. q̄ tanto videt patien
tius quanto sapienti⁹. tāq̄ si diceret. non
ob eã rem putandus est de⁹ oculoꝝ nr̄oꝝ
rum fixationes. ⁊ alia perperã gesta nō vide
re. si ad nos puniēdos videat̄ tardiuscu
lus. qm̄ tanto videt patienti⁹. quanto sa
pienti⁹. Decet enī summā ei⁹ sapientiã. sū
ma vti impunitiōibus faciendis parti
tia. Etenī quēadmodum sapientis est
oīa scire. ita ⁊ eiusdem ē oīa ordinare. di
rigere. ⁊ bñ gubernare. bene autē guber
nantis est ⁊ loco. ⁊ tēpori. ⁊ rationi. oēm
actū iusticie tribuere. ita vt non solum qđ
factur⁹ sit cognoscat. sed rei agende mo
dū disponat. ⁊ ipsius p̄meditet̄ finem.
Non etiã cum decet sue celsitudinis p̄te
rire examen qđ fit. vt ali⁹ sit impatoris ali⁹
inferioris potestatis puniēdi congressus
Quippe excelsiorē maiestati. maiorē ha
bere decet clementiã. Sed cum regnante
ī celis maiestate nihil. aut nobilit⁹. aut di
gnius. aut meli⁹ aut maius. aut prestan
tius. possit excogitari. infallibilē ei⁹ decet
sapientiã puniēda sepenumero dissu
mulare. atq̄ linire. Juxta Valerij ma
rimi sniam dicentis. Lentio enim gradit
ad vindictã sui diuina p̄cedit ira. qđ tum
sue ascribendū est nature. cui⁹ proprium
est misereri. tum vt ei⁹ imitet̄ exemplū. vt
quēadmodū ipse crebro nos equo aīo to
letat ⁊ expectat. ita ⁊ nos offensores no
stros patientē ferre ⁊ expectare debeamus
ne qđ absit. sicut seruo neq̄ nob̄ euemiat.*

qđ cū suo nolisset p̄seruo misereri. coact⁹
ē ad oē debitum. qđ sibi dimissus erat. ad
vnguē mult⁹ cū supplicijs restituendum
Tū ne sue fidei aduersarij de suoꝝ fidelū
gloriant̄ tormētis. p̄inde ī deuteronomio
de ipso scriptū est. p̄pter irā inimicoꝝ di
stulsi. punire. ne forte eoz̄ sup̄birent ho
stes. Tū vt acri⁹ in die puniat vltionis.
Tū vt mlt̄plicato cumulo pctōꝝ. augea
tur etiã in hoc seculo numer⁹ tormentoꝝ
⁊ delinquenti qđ vulgo dī. p̄tingat. q̄nto
ascendit alti⁹. tanto p̄fecto emergit infe
rius. fiatq̄ deinde. vt talis exēplo boni
magis in bono p̄firmet̄. mali v̄o pecca
re terreant̄. Tū deniq̄ vt pctōib⁹. q̄s vel
le penitere nouit misericordiē ad ipsū; re
deūdi libera p̄stet̄ occasio. Aliter enim
humiles ⁊ fideles. aliter v̄suti ⁊ p̄tinaces
alē obstinati ⁊ infideles in eoz̄ sunt exces
sibus p̄tractandi. Et q̄q̄ de his caus
de⁹ pater oīm p̄ientissim⁹ pctōres suffer
re cōsueuerit. sua tñ iusticia non admittit
vt quippiã sceler⁹ relinquat impune. qm̄
ipsa veritas dixit. sicut nullū bonū apud
eū inremuneratū. ita ⁊ nullū erit malum
ipunitū. Idcirco nemo tm̄ de dei cōfidit
misc̄dia vt de sua eq̄tate in refragabiliq̄
iusticia nō meditet̄. Ipse enī ⁊ multū mi
sericors ⁊ longanimis dñs est. ita ⁊ iust⁹
est iudex. ⁊ iusticiã diligit. ⁊ eq̄tatē videt
vultus ei⁹. Propterea David inq̄t. In
iusticia ante eū; ambulabit. ⁊ ponet in via
gressus suos. ⁊ rursus vt ei⁹ iusticie ⁊ mi
sericordie insinuet̄ equalitatē decanta
uit. Misc̄dia ⁊ veritas obuiauerunt sibi.
iusticia ⁊ pax osculate sunt. Sic ḡ diuine
sum⁹ misc̄die p̄sidentes. vt eius iusticiã et
iudiciū p̄timescere nullaten⁹ omittamus
alioq̄n p̄sumentes pot̄q̄ sperantes iure
cēsemur. Sūmi ḡ dei celsitudo. infallibil
sapia. inēstibilis iusticia. glie splendor.
honestat̄. decor. in eū pcti horretia. accu
satoris auctas. iudiciãdiq̄ p̄tās. Nos nō
mō cōmouere. v̄z etiã terrere debēt. ne p̄
perã corã sue maiestati oculis aliqđ aga
mus. Quis enī non p̄fundat̄ in terrestrē
p̄ncipē qđ ⁊ inspector. ⁊ accusator. ⁊ testis
⁊ iudex p̄petrati h̄ eū facinoris esse poss̄
peccare. At nūqđ oē pctm̄ h̄ dei fit volū
tatē. Nūqđ ⁊ corã eo peccat⁹. qđ videns oīa
vbiq̄ ē. Nūqđ ip̄e rex regū ⁊ dñs dñan
tium. Nūquid ip̄e magn⁹ ē dominus. ⁊

laudabilis nimis. cuius magnitudinis non est finis. Nunquid ipse puritas illa est. pro quam omne committit facit. Hinc ingemiscens David lugebat. Tibi soli peccavi. et malum coram te feci. Nunquid et per os Hieremie ipse dicit. Ego sum iudex. et testis. et per Malachiam dicit. Accedat ad vos in iudicio. et ero testis velox maleficis et adulteris et piis. Quis non igitur Sathana deterior. qui coram domino tam magno. tam digno. tam excelso. tam puro. tam honesto. tam sapiente. tam iusto. et severo peccare non committit. Recte igitur preceptor ait. Illi scilicet. qui talis actantur est vir sanctus. tunc autem displicere. ne velit femine male placere. Illum cogitet omnia videre. ne velit feminam male videre. ac si dicat. Caveat ne in tali placetia. vel in tali visu. mali quippiam coram tanta commutat maiestate. Et notant male videre. maleque placere ait. quoniam placetia. et visio. utique sine peccato fieri potest. quare ipse obiurgare intendit in me. Et addit. illius namque et in hac causa commendatur est timor. ubi scriptum est. Abominatio est domino defigens oculum. Hic ad summum redeundi operis cetera perfecta sunt directores. cognitio utpote. timor. et amor. per cognitionem ad timorem. per timorem ad amorem ascendimus. per amorem denique deo coniungimur. Si enim timere deum volumus. cogitemus eum omnium interiorum exteriorumque actionum nostrarum esse inspectorem. Si titillat te mala conscientia. cogita quod deus tecum respicit. quicquid egeris aut dixeris. aut mente tractaveris. Semper igitur attende super te oculos tante maiestatis eternos cruciatibus minantis. ex quibus eris. si timore agitaberis quoniam scriptum est. Initium sapientie timor domini. Eterna vero timens supplicia cogitabis federtate. labem. abominationemque peccatorum cogitabis. quod malum est displicere deo tuo. cogitabis quod abominabile est ei. ut tu oculos tuos in mulierem figas. quos tibi ad necessaria vitae adipsenda. ad prestandum ceteris muneribus subsidiis. ad sacra divina celestiaque respicienda donavit. Hic preceptor ait in hac causa. et propter has rationes illius commendatur est timor. quem pia nobis incutit scriptura nos a peccatis repumendo dicens. abominatio est dominus defigens oculum. ac si diceret. timete et cavete vobis oculorum defixiones. ne peccas vestro

 q̄ si fragilitate quis deliquerit. q̄ cit⁹ cu
 rare studeat quod cōmisit. si conuitiatus
 est alicui. si maledixit. si crimen aliq̄ ob
 iecit. corde & ore veniam cum gemitu po
 stulet. & q̄ graui se errasse cognoscat. di
 cente Ap̄lo. Maledici regnū dei nō pos
 sident. & dñs in euāgelio. Qui dixerit
 fratri suo fatue re⁹ erit gehenne ignis.

Et ille qui lesus est sine disceptatione. et
 prorsus sine aliqua cōtrouersia dimittat.
 Ille presto ad veniā postulandam. lesus
 citior ad iniuriam remittendā esse debet.
 ille vt liberetur a culpa. hic vt repleat gra
 tia. ille vt sathane solvatur funiculo. hic
 vt saluatoris fruatur presidio. Sic enim
 celestem nos docuit orare patrē. Dimit
 te nobis debita nostra. sicut & nos dimit
 timus debitorib⁹ nostris. Si nos multū
 cito ac libenter dimittim⁹. Ita & deus di
 mittit nobis. Si autem parū tardeq̄ di
 mittimus. parū tardiusq̄ nostra ipse re
 larat facinora. Hinc Isidorus ait. Qui
 fratrem suū sibi tardius reconciliat. deus
 sibi tardi⁹ placat. Hinc venerabilis Hu
 go dicit. frustra enim deum propitiari si
 bi querit. Qui cito placari cum proximo
 negligit. Hinc in euangelio conseruo
 suo non dimittens denarios centum sibi
 debenti comp̄missus est decem milia tale
 ta reddere. que ei dominus rogatus di
 miserat. Ex quib⁹ sane fit. si hoc quod in
 nos delinquitur ex corde nō dimittimus
 Illud rursus erigitur. quod per peniten
 tiam fuerat nobis ante dimissum. caueat
 igitur vnusquisq̄ fratrum retinere iniuri
 as. quia sicut dimittere nihil deo gratius
 ita contra. retinere deo nihil displicibi
 lius. In remissione iniuriarum quan
 tum quisq̄ lucretur attendat. In primis
 indulgentiam de male cōmissis ipse mere
 tur. Subinde venie culparum antea di
 missarum ratificationez impetrat. postre
 mo cumulum auget gratiarum. Et sub
 dit. Si autem inuicem se leserint alter sci
 licet alteri conuitiando. maledicendo. et
 crimina obijciendo. inuicem sibi debita

relaxare debebunt. et hoc quidem propter
orationes vestras. quas utique quanto
crebriores habetis. tanto sanctiores ha-
bere debet. ac si aperte dicat. quidie et ho-
nis singulis orantes dicimus. pater noster qui
es in celis. sanctificet nomen tuum. et tan-
dem dimitte nobis debita nostra. sicut et
nos dimittimus debitoribus nostris. Si non
dimittitis. vestra oratione criminamini
nisi. ut non solum incassum. sed in prei-
diciu oratis. provocantes deum contra vos
ad iracundiam. et ipsi super vos indigen-
tes maledictionem. potius quam benedictionem
sicut oratio que debet esse salutifera. fiat
noxia. et peccata que debetis diminuire ora-
do. augeatis imprecando. Nunquid aliud ver-
ba sonant saluatoris. nisi quod obsecramus no-
bis dimitti. si in nos peccantibus dimittimus.
et contra non dimitti. si nos non di-
miserimus. quod et rursus clarus astruere di-
cit. Si autem non dimiseritis hominibus
Nec pater noster dimittet vobis peccata
vestra. ergo cum quilibet habeat quod sibi di-
mittat cum etiam septies in die cadere iustus
dicatur. ut sibi deus peccata sua dimittat.
ut et crebriores exaudiat orationes. et eas
se non petat reflecti. fratri relaxare iniu-
rias debet. et ipsum imitari. qui in cruce pen-
dens pro suis oravit crucifixionibus dicens.
Ignosce illis quia nesciunt quid faciunt.
Quippe misericordie virtus tanta est. ut sine il-
la. cetera etiam si sint. prodesse non possunt. quoniam
iuris enim quis fidelis sit. castus. sobrius. et
alijs maioribus ornatus insignijs. si mi-
sericors tamen non est. misericordiam non meretur
Et de misericordia in iustis maledictus.
iniurijsque remittendis. in corrigendis vir-
tibus. docendis ignavis. tolerandisque insipie-
tibus maxime consistit. Perinde patens
noster multa esse elemosinarum genera in-
quit. que cum facimus adiuuamur. ut nostra
dimittantur peccata. sed eo nullum esse ma-
ius astruit. quod ex corde dimittimus. quod in
nos quisque peccavit. Namque si bonum est er-
ga eum esse benivolentem. siue etiam exhibere bene-
ficijs. qui tibi nihil mali intulit. multo tamen
grandius. et magnificentissime bonitatis est
ut etiam inimicum diligas. et ei quod tibi malum
vult. semper bonum velis. faciasque cum possis
iubenti pareas. qui dicit. Diligite inimicos
vestros. benefacite his qui oderunt vos.
b. **Dicite prosequentibus vos. Et ut vos**

ad veniam postulandam faciat citiores aut
Melior est autem qui quousque ire sepe tem-
perat. tamen impetrare festinat. Et sibi di-
mittat cui se fecisse agnoscit iniuriam. quoniam
quod tardius irascitur. et ad veniam petendam
tardius inclinatur. Quatrifariam potest quis
piam ire esse obnoxius. Namque aliquis ire
flamas tardiuscule suscipit. cum tamen amittit.
Alius huic proorsus contrarius mox sus-
cipit. tardiusque deponit. Alius sicut tardus
commouetur. ita et tardus reconciliatur. Alius
quod ad modum facile accenditur. ita et facile
friget. Inter hos modos primum minimus
malus est. huic succedit quartus. quanto
hoc tertius. Secundus ceteris deterior est.
Preceptor quidem quartum tertio con-
fert. Illum utique appellans meliorem hoc
est minus malum. qui quousque ira sepe facile
temptatur. tamen festinus est ad relaxandas
sibi iniuriam veniam postulare. quoniam qui tar-
dius irascitur. et ad petendam veniam tar-
dius inclinatur. Tardus ad petendam ve-
niam inclinari plus ad obstinatum et dy-
boli accedit conditionem. qui nunquam vult de
suo peccato creatori suo petere veniam. Li-
to labi fragilitatis est. Lito surgere. bone
mentis est. que se emendando fragilitatem
tempat et ipsam in quandam vertit diu-
no afflatu constantiam. Itaque ut bone men-
tis sumus. dyabolicamque vitemus pertinaciam.
si per fragilitatem cito irascimur. cito
per orationis lumen quoad fieri potest
nostram contempsumus iram. Alioquin totum
et temporale et spirituale nostrum ru-
et edificium. Nescio profecto quod genus
mali ex ira non proficiat. Namque per iram
iusticia dei non operatur. Quoniam ut
diuus inquit Gregorius. dum perturbata
mens iudicium sine ratione exasperat omnem
quod furor suggerit. rectum putat. Hinc
est sapienter a Lathone dictum. Ira im-
pedit animum. ne possit cernere verum. per
iram gratia vite socialis amittitur. Quia
qui se ex humana ratione non tempat. ne-
cesse est. ut solus bestialiter vivat. Hinc scri-
ptum est. Noli esse assiduus cum homi-
ne iracundo. Ne discas semitas eius. et su-
mas scandalum anime tue. Per iram ma-
suetudo perditur. quia cum menti iracun-
dia confusiois tenebras immittit. Huic
de radii sue cognitionis abscondit. Per iram

sapientia abijctur. Quoniam quid. quo
ue ordine agendum sit. omnino nescitur.
Quia uimiru intelligentie luce subtrahit
cum mentem promouedo cofundit. Per
iram spiritus sancti splendor excutitur. qui
no nisi super humilem et quietu requiesce
re dicit. qz cum ira quietem menti subtra
hit. suam sancto spiritu habitatione clau
dit. cui recessione animus uacuis ad ap
tam moru insaniam ducitur. et usqz ad su
persiciem ab intimo cogitationu funda
mento dissipat. Per ira nunc ad mien
tionem manuu. Nunc ad maledictione.
Nunc ad blasphemias. nunc ad cotumelias.
Nunc ad segregandam amicitias. Nunc ad
extinguenda beneficia. Nunc ad delenda
caritate. nunc ad negandu deum. nunc ad
inuocandum demonem. nunc ad interficien
dos parentes. mactandos filios. perden
dos fratres. succendendas urbes. comouen
da bella. faciendas seditiones. predandos
paupes. expoliandos viatores. pdimen
ta. courationes. et factioes terendas. ad
sacrilugia. stupra. raptus. et omne demer
ecrabile uinu quis erigitur concitat et p
cipitat adeo ut nescias quid interit inter
succensum hoiem. et solum dyabolu.

D Quantum etia rabies hec afficiat posses
sorem. explicari no posset. nam ei stimu
lis succensum cor palpat. sanguis ebul
lit. dentes stridet. lingua balbutit. vultus
nunc pallefcit. nunc ignescat. Labia nigres
cut. oculi exasperant. et nequaquam recognos
cunt voti. ore qd clamore informet. qd qz
loquat intus ignorat. et velut leo rugies.
et asperat draco. rabidusqz canis oes in
uadit. nullum timet. nemine veret. vitam
no curat. et ad oem se suosqz exponit per
niciem. Nec me mansuetudo teneat. si ob
iram no viderim mori ipluresim homine
incausse. et alius ita attenuari. et suffocari.
vt neqz loqui. neqz hibern. neqz comedere
re posset. Quibus de rebus retundendi
sunt ire stimuli. et ei metuenda damnatio
qua dicit. qui irascit fratri suo re erit iu
dicio. igit si iratus es fratri tuo. infirma
tus es in aio tuo. quare si tue egritudinis
affectus curationez. fac quod tibi medicus
iubet salutis. Si offers inqt munus tuum
ad altare vade prius recociliare fratri tuo.
ac si diceret. No in corde tacitam precem
impatat effundas. nisi prius offensum p

rius satisfaciendo ad lenitatis mansuetu
dine pducas. Nun enim nimis ois nostra
est. Altare deo nimis cor nostrum est. Qui h
facere studuerit premissaz danatione no
incurrit. qz autem qd absit. id facere recusa
uerit. Quis eu a iudicio eterne liberabit
danationis. nepe inuanu orat. inuanu te
iunat. inuanu munera offert. inuanu car
ne affligit. inuanu in ergastulo clauditur
monasterij. Perinde preceptor nri sub
dit. Qui autem no vult petere venia. aut no
ex aio petit. sine ca est in monasterio. etia
si inde no projiciat. frustra e in monaste
rio. q discordia hz cum fratre suo. et petere
venia non vult. Aut si no ex aio petit. vt
q inuit vel fecte petat. Recociliatio eni
et cordis dz proficisci armatio. Vera dz
esse et no ficta fides. et no pditoria. Alio
qn iudam imitat q pacis osculo precepto
rem suu et mundi tradidit saluatorem.
Sunt nonnulli. Qui obstinati. petenti sibi
venia delicta remittere nolunt. quos il
la venit snia. de qua etia paulo ante dixi
mus. si no remiseritis pctam eoz. nec pater
vester celestis remitteret vobis pctam vestra.
Sunt alij q bis ter qterqz dimittunt. Sed
si plures offendunt remittende iniurie be
neficiu penit negant. Quibus non ego.
Sed iudex respodet vniuersoz. Ita Petro
petenti. Quoties peccabit in me fra
tre meo dimittam ei usqz septies. Definiedo
inquit. No dico tibi usqz septies. sed usqz
septuagies septies. ac si patenter diceret.
Totiens ei dimittere debes. qtiens ipse
ex aio petit dimittendu. neqz enim nume
ro. neqz gradu alligata esse miscdia dz.
Qua etiam multi sunt. q mutua facta of
fensioe priores ad petenda veniaz esse no
lunt. aut qz verent. ne a pximis despici
antur. aut qz mente inflati dedignantur.
Quibus dicitur qz carnale cor habet. duz
vel huius vite gloriam querentes humili
tatem respuunt. vel plaris mundi crubescen
tiam faciunt cum tati officij priores crecu
tores esse contemunt. Vertant hi tales
animu in summi dei maiestatem qua euz
ineffabili offendissem culpa. inter eam
genusqz humanum tanta fuit orta discor
dia. vt nulla quippe esset humana recon
ciliatioe digna. Sed ipsa sua ifinita ime
saz mota miscdia ad nos prius legatos
puiarchas. et pphas destituit. vt nos ad

f

s

b

margin notes on the left edge of the page, partially obscured and difficult to read.

concordiam pacēq; con ficiendaz rogaret
atq; disponeret. Subinde vnigenitū ei⁹
filium e celo misit in terram vt homo fie-
ret. factusq; hō in terris videret. conuer-
sareturq; cū hominibus. qui tante maie-
statis iussa complens pacem nūciauit na-
scendo cantantib⁹ angelis. Gloua in ex-
cellis deo. ⁊ in terra pax hominib⁹ bone
voluntatis. pacem indicit predicādo. pa-
cem ostēdit miracula faciēdo. pacem p-
misit se transfigurādo. pacē disposuit fla-
gella suscipiēdo. pacez scripsit sanguinē
in cruce fundēdo cui⁹ liber fuit corpus
sanctissimū attramentum sanguis ei⁹ pre-
ciosissimus. Calamus dira lancea diriq;
clauī. Scriptores fuerūt imanissimi cru-
cifixores testes fuerunt angeli pacis ama-
re flentes. ⁊ beata virgo ⁊ Johannes iu-
stra crucem inexplicabili dolore affecti stā-
tes. preciū fuit sanctissima ei⁹ anima tan-
dē ipse pacis auctor. pacis fuit ⁊ pco. cuz
alte intonuit. pater ignosce illis. qz nesci-
unt qd faciūt. ad hoc tonantissimū verbū
Ad hanc sūme deprecationis vocē. ad h-
sūme pietatis officium celestis pī cum to-
to genere humano pacē acceptauit con-
coris esse cōsentijt. fideiussione ad eam in
eternū seruandā dedit. cum humanitatez
super totā naturam angelicā ad dexterā
sue maiestatis collocauit. cū sancti spū-
munera tribuit. cū ⁊ ipsum in spē lingua-
rum ignearū super aptos in cenaculo cō-
gregatos misit. Erubescat igit̃ huma-
na supbia. si sic facta ē humilis diuina cel-
situs. Confundant̃ qui priores esse no-
lunt in faciēda cum primo. quē offende-
rūt cōcordia: si diuina maiestas a nobis
offensa pu⁹ legat̃. subinde seipsa nos ro-
gandō ad pacem cōcordiaq; faciendā p-
uenit. Hinc parens nr̃ qōne pma egregij
voluminis qōem veteri ac noui testamē-
ti ait. Tāta ē dei clementia. vt p̃tumelias
passus ab his q̃s fecit sufferat. ⁊ prioz vo-
cet eos ad pacē. Sūt deniq; complēs. q̃
suas iniurias tarde relaxāt. dei hō citius
indulgent sitq; nonnūq; vt occasione di-
uine vlciscēde iurie. suas irati vindicēt
passiōes. Sed isti noscant q̃ abominabi-
le sit deo. vt ipse nr̃e clipe⁹ fiat vltionis. q̃
pī est oīs miserationis. Non igit̃ luore
vindictē. sed rōne administrāde iusticie. il-
late deo iniurie sunt puniēde. Et cū ex

his euidentissime cōstet dolosam linguaz
iniqua labia. os maledicū. p̃tumeliosa et
aspa verba. durūq; sermo nē. vnaz ex alijs
p̃cipuā esse cām litium ⁊ discordiarum.
iō iubēdo trāsigit. Proinde vobis a ver-
bis duriorib⁹ parcite. q̃ si emissa fuerint
ex ore ṽio nō pigeat ab ipso ore pferre me-
dicamenta. vñ facta sunt vulnera. Sūmī
dei famulus. regl̃ David. p̃fect⁹ imitator
semp̃ ponere custodiā ori suo d̃z. ne delin-
quat in lingua sua. qm̃ vt apl's Jacobus
in q̃t. Lingua modicū membz est. sed ma-
gna exaltat. Ecce quant⁹ ignis. q̃ modi-
ca scintilla. q̃ magnā siluaz incendit. Et
lingua ignis est vniūse iniquitatis. lingua
p̃stitutē in membris nr̃is. q̃ maculat totū
corp⁹. ⁊ inflāmat totā natiuitatis nr̃e in-
flāmata a gehēna. oīs enī natura bestiaz
volucrū. serpentium. ceterozq; aialū do-
mat irōnabiliū ⁊ domita ē a natura hu-
mana. linguam aut̃ nullus hoim doma-
re pōt. Inquietū malū plena veneno mor-
tifero. p̃pterea tritū ait p̃uerbiuz. nulla
fera in silua peior q̃ mala lingua. Et ad-
dit bea⁹ Jacobus. in lingua. b̃ndicimus
deū ⁊ patrem. ⁊ in ipsa maledicim⁹ homi-
nes. q̃ ad imaginem ⁊ similitudinē dei facti
sunt. Ex ipso ore p̃cedit b̃ndictio ⁊ male-
dictio. sed non oportet inquit fr̃es mei ita
fieri. Nunq̃d fons de eodē foramine ana-
nat dulcē ⁊ amarā aquā. Nunquid pōt
fr̃es mei fic⁹ vvas facere. aut vitis ficus.
Sic neq; salū dulcēz pōt facere aquam.
Quis sapiens ⁊ disciplinat⁹ int̃ vos. ostē-
dat ex bona quēratione opationem suā
in mansuetudine sapiētie. qz si zelū amarū
habetis ⁊ p̃tentiōes sint in cordib⁹ ṽis.
Nolite gloriari ⁊ mendaces esse ad h-
sus veritatē. Non ē enī ista sapientia de-
sursuz descendēs a p̃re luminū. sed terre-
na aialis dyabolica. vbi enī zelus ⁊ p̃ten-
tio. vbi incōstantia ⁊ oē opus p̃rauū. Que
autē sursuz ē sapientia. primū quidē pu-
dica ē deinde pacifica. modesta. suadibi-
lis. bonis p̃sentis. plena misericōdia ⁊ fructi-
bus bonis. iudicans sine s̃tatione. fruct⁹
autē iusticie in pace seminant̃ facientib⁹
pacem. Et q̃ magne p̃rauitatis ē lingua.
vt eam ignem vniūse iniquitatē macula-
tricem totius corporis. inflāmatricem ro-
te natiuitatē nostre. indomabile membz
ferarum omniū imanissimā. inquietū ma-

lum. vas veneni mortiferi. oppositorum cōtra omnem vim nature. benedictionis. s. et maledictionis auctricem. contentionū rixarum. et omnium guerrarum ductricem xpi dicat apostolus. que et si ab homine domari non possit. a summe tñ potestatis deo utiqz potest. idcirco eius supplicem ma iestati. ut ipsam domare dignetur. Hos vero ipso patrocinate et custodire et re frenare eam possumus. ideo totis viribus dirigam ipsam. in primis. in finem suum in laudem. s. dei. subinde ad ea. que et nobis et proximo sunt necessaria. cum mansuetudine amenitate et dulcedine quadaam verborum explicanda. Itaque ut Salomō ait. Responso mollis frangit iram. sermo durus suscitatur furorē. Dulce quippe verbum inimicos mitigat. amicos multiplicat. pacem componit. iurgia tollit. homines ligat. hinc poeta cecinit. Verba ligant homines. tauroz cornua funes. ideo rationalis et lenis debet esse sermo iuxta preceptū apli Pauli dicentis. vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et maxima quidem consideratione ante prolationem discutiendū. quoniam cum prolatum fuerit irrevocabilis est. nec iuvat proferentem inremediabilis scandali dolor. levis quidem est sermo. quod leuiter volat. sed grauius vulnerat. leuiter transit: sed grauius vit. leuiter penetrat animū. sed non leuiter erit. leuiter profertur. sed non leuiter reuocatur. facile volat ideo facile caritatem violat. Quare vnusquisqz. qui sapiens esse desiderat. sermones suos precogitet. et examinet prius in pectore. qz profertur in ore. Qui enim sunt leues faciles ac importuni locutores. ut inquit Zulusgellus nullo reze pondere in nixi verbis humidis et laxantibus orationem bene exstimant in ore nasci non in pectore linguā

Quo circa qui recte et inreprehensibiliter loqui vult. non solum quid loquat. sed vbi. quā. cui. quō. coram quibus. et propter quid loquat diligenter inquirat. necesse est. ne quispiam putet ab aduersariis non ponderari verba aut ab assistentibus non considerari sermonem. aut innocentiam mentis a quopiam defendi. si delinquens est sermo. quoniam quisqz tale profert iudicium. ut si vanus sit sermo. vane scientie sit iudicium. quia ut probe inquit Aristoteles. vo

ces note sunt eaz. que sunt in anima passionum. Quippe mores hominis lingua pandit. et quilibet sermo ostenditur. talis animus approbatur. quoniam ex abundantia cordis os loquitur. Hinc scriptum est. sermo varius non erit absque iudicio. quod ab omni statu rectitudinis depereunt. que per verba vana dilabuntur. Sane igitur preceptor noster duriora verba que incōsiderata et in corde parum digesta sunt euitanda esse inquit. que tamen si vel ex incōsideratione. vel ex alicuius importunitate. vel etiam ex propria fuerint emissa malicia. emendanda esse iubet. sic sane ut ex ipso eodem ore non pigeat proferre medicamentum. vnde facta sunt vulnera. ut si aspere. si contumeliose. si superbe os locutum est. leniter laudabiliter. humiliterque veniā postulando sanetur. cautius et disciplinatus fiat imposterum. et presertim quod deo dedicatum est. quoniam ut diuinitus apostolus Jacobus loquitur. Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguā suā. sed seducens cor suum. huius vana est religio. Cum litis et discordie prelibauerimus plures esse causas. ex quibus conuicia. maledicta. et obiectiones criminum primatum tenere. tam ex nostri preceptoris. qz aliorum sanctorum plurimum testimonio. ac etiam ob eorum inexplicabilem prauitatem asseuerauerimus. iam pro tā dyabolico euitando effectu superest. ut alias in vnum coartemus. quarum prime rerum terrenarum est cupiditas. Hinc Loth. Abrahæque pastores rixati sunt. Hinc Esau Jacob persecutus. Hinc Habel dissentit a Dauid. preclare igitur in sermone de pace. Ab Augustino dictū est. Ille vere pacem habet. qui nihil appetit de seculo possidere. hic tranquillus est. hic gaudet de bonis cunctorum. Pagano illo Seneca dicente. Quietissimam vitam agerent homines in terra. si hec duo verba a natura rerum omnium tollerentur. meum et tuum.

O beata paupertas. vberibus pacis plena. vbiqz secura. vbiqz illesa. vbiqz cunctorum amica. Nam qui te amat. veram pacem amat: et qui te non amat tranquillitatem omnem ignorat. Altera est domandi cupiditas. Quod genus cause a superbia. que mater est omnium iurgiorum radix omnis cupiditatis. et caput omnium

vitiarum sortum habet. Sic Amalech contra dei populum. Absalon contra David. Abimalech contra viros Sichem. Robaon contra suam gentem pugnavit. Sic et Christi discipuli celebrata cena nunciataque morte saluatoris. quis eorum foret maior contendere ceperunt. ad quos Dominus Iesus increpandos dixit. Reges gentium dominantur eorum. et qui potestatem habent inter eos benefici vocantur. Vos autem non sic sed qui maior est in vobis fiat sicut iunior. Et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est. qui recumbit. an qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. et ego dispono vobis. sicut disposuit mihi pater meus regnum. ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. et sedetis super thronos duodecim iudicantes. duodecim tribus israel. Tertia causa est invidia. quia sic homines irritantur ad lites et odium. ut per eam Chaym interfecerit Abel. Saul persecutus fuerit David. Joseph a fratribus venditus. Chastus a iudeis crucifixus extiterit. perinde parens noster in sermone de invidia ita dicit. Invidia enim omnes virtutes cremat. omnia bona dissipat. omnia mala generat. Ipsa invidia est illa pessima tinea. que purpuramenta virtutum demolitur. Ergo que thesaurum sapientie depredatur. brucis qui terrarum virentia comburit. quia quicquid boni operis vidit. hec est que angelum de celo proiecit. que homines de paradiso relegavit. que filios israel in deserto percussit. que contra Joseph fratres armauit. que Danielem in lacum leonum conduxit. que caput nostrum cruci affixit. que iudam suspendi fecit. Scitote inquit fratres et dicite atque predicate super tecta. quia invidia est illa vera pessima que fidem tollit. concordiam dissipat. et omnia mala generat. hec est que Abel occidit. Adam de paradiso eiecit. mortem in orbem terrarum introduxit. pastorem suspendit. Petrum iugulavit dum Christum negavit. Paulum decollavit et Johannem. Stephanum lapidavit. Soliam prostravit. David de-

cepit. muros israel evertit. Romam est de populata. Carthaginem destruxit. Troiam deuasavit. et innumera mala phanferam pessimam in orbe terrarum facta esse legimus. Sepissime autem ad lites. discordiasque homines libidinis concitat turpitudine. nam et Sampson a philisteis discessit ob eius uxorem alteri traditam. Quia Aman violavit Thamar inter germanos orta est discordia. propter abusus fedissimum uxoris levite innumera evenerunt mala. Multa propter dudine oppressionem secuta sunt homicidia. sodomite domum Loth. ut fedarent angelos. qui ibidem in humana specie hospitantur circumdederunt vallo. Troiane virbis et ceteri dii cardo Helene raptus fuit. Si huius feditatis lites. guerras. mutilationes. homicidia. deustationes. incedia. persecutiones. tormenta. exilia. obprobria. violationes. abominationes. et alia innumera mala enarrare vellemus. nec tempus ad dicendum. neque charta quidem sufficeret ad scribendum. perinde responsione contra yponesticon Augustinus dicit. calore libidinis succensus et illectus nonnumquam pater inclinat filiam. et operatur incestum. filius etiam patris thorum maculat. cum matre vel nouerca aliquando miscet. In sororem frater turpitudine ductus incurrit. Cognatam non erubescit opprimere. virgo licentiam non sustinet nuptiarum. stuprum tempore concupiscit illicite. Avaritiam minime contentus licitis uxoris amplexibus veritos contaminat alienos. Similiter et uxor inemor proprium maritum cubile. adulterino amore uxoris thorum alienae. et masculi relicto naturali usu femine exardescunt in desiderijs suis inuicem. masculi in masculos turpitudinem operantes horret etiam plus his. que dicimus dicere. quia homo immemor nature sue rationalis. inrationabili nature et aliene. a sua cum pecude coire compellitur. Quid de ruina aliquantum seruatorum dei. et sacrarum virginum dicam. que hac tempestate naufragia patientur. quidue de diuersis immunditijs eorum. in quibus auctores ipsi sibi dyabolum displicere debemus. Ecce quo calor libidinis. in quas ignominiaz sordes humanas ire illicite precipitat mentes. Et quod lites genus acruis. que dissen-

no execrabilior. que discordia detestabi-
 lior. q̄ vt creatura a creatore seru⁹ a dño
 factura a suo dissentiat opifice. q̄ vt q̄s
 tra seipsum pugnet. At vero p̄ libidinez
 anima segregat a facie dei. per libidinem
 anima sue lucis candorem extinguit. hic
 in cōmentarijs super psalmos preceptor
 noster ait. Sicut ignis p̄sumit vestez. sic
 libido animam. quare inquit fratres time
 te ignem p̄cupiscentie male. si non vult
 p̄ire a facie dei. **Q**uanta igit̄ iniquitas
 z q̄ lugenda pueritas. vt animā quā
 chūst⁹ suo sanguine redemit luxuriosus
 propter vnus momenti delectationez si
 bidinis. diabolo vendat. vere plangēda
 nimis z miseranda p̄ditio. vbi cito p̄te-
 rit quod delectat. z p̄manet sine fine qd̄
 cruciat. sub momento libidinis impetus
 transit. z permanet sine termino in felicitis
 obprobrium. Sed dicit aliquis. inuenis
 sum sine faciā quod delectat. z postea pe-
 nitentiāz agam. quō si dicat. percutio me
 crudeli gladio. z postea vado ad medicū
 z nescit. q̄ vnus hore puncto vulnus ac-
 cipit. sed vit̄ longo tempore ad sanitatem
 p̄stinam reuocat̄ vt quid non timeat.
 ne pereat dilatio z succedat eterna dam-
 natio. Ob hanc rem vt pater noster Au-
 relius Augustin⁹ in sermone de euitanda
 mulierum familiaritate inquit. refrenan-
 da est. familiaritas cum mulierib⁹ z ocu-
 lorū incauta fragilitas ne mors intret
 per fenestras nostras cum em̄ mulierem
 animo libidinoso p̄sideras per fenestram
 corporis tui in secretum cordis. venenūz
 mortis instillat. Talis cogitatio z si aliq̄
 impediā casu. vt non impleat volunta-
 tem. nihilomin⁹ actione criminis p̄dem-
 natur a domino. qz voluntas praua faci-
 endi reputat̄ pro opere facti. Et in libro
 de p̄flictu vitioz illibatam castitatem lu-
 furie respondentē introducit dicēs. Nō
 lo ignorare te. fingas quid post hanc vi-
 tam sine fine recipias. si enim pie z caste
 vixeris sine fine gaudebis. Si vero impi-
 us z luxuriosus eris eternis incendijs sb̄
 iacebis. Inde enim magis castus viuere
 debes. vnde q̄ citius temp⁹ acceptum p̄-
 transeat ignorare te dicis. Quod qz in ex-
 ordio humani generis ad hoc masculum
 z femināz deum creasse profiteris. vt mu-
 tuis se amplectib⁹ miscere deberent. omni

no verissime dicis. Sed quia nubendi li-
 centia quibusdā tribuit̄. hoc est qui virgi-
 nitatem vel castimoniam vidualem nequa-
 q̄ p̄fessi sunt. Quibusdā autem nō tri-
 buit̄ sed interdicit̄. i. qui virgines vel cō-
 tinentes esse decreuerunt. fornicatione
 qz nulli impune conceditur nō attendis.
 An non z contēnendum putas qd̄ apo-
 stolus lubricis dicit. facite fornicationez.
 fratres. quodcūqz enim homo fecerit pec-
 catum extra corpus est. qui autē fornicat̄
 in corp⁹ suum peccat. quod si paruipen-
 denduz existimas. Audi quod postea in
 sempiternū plorabis z gemes. Neqz enī
 adulteri inquit neqz fornicarij. neqz cor-
 ruptores. neqz masculoz cōcubitores. ne-
 qz molles regnum dei possidebūt. **Q**
 q̄ parua z modica ē concubit⁹ hora qua
 perditur vita futura. quod autē emolumē-
 tum affert corpori. quodve tribuit lucrū.
 que tam cito perduet ad tartarum. que i
 eternū sepat a deo. q̄ a suprema ciuitate
 exulem facit absqz fine. que inter fedatos
 luxuria. z gloriosos illos cives in debile
 discordiā ponit. Nonnunq̄z gule vitii
 discordias gignit. sicut de israhelitico po-
 pulo lectitauim⁹. Qui propter cibi por⁹
 qz carentiā. cū Moyse z Aaron sepenū-
 mero contenderūt. vñ in libro numeri. aq̄
 quam Moyse iussu dei de silice eduxit
 contradicōis est appellata. qm̄ eo in lo-
 co vbi effluxit. iurgati sunt filij isrl̄ contra
 dñm. z sanctificat⁹ est in eis. fuequenter
 etiam in partitione escarū sicut z aliarum
 substantiarum a voluptuosis hominibus
 clamores z contentiōes oriunt̄. Aliq̄ sa-
 turati z inebriati sic rixant̄. vt etiam ad
 vulnera proficiscant̄. Hinc in carnata sa-
 pientia p̄ euangeliū ait. Attendite ne gra-
 uētur corda v̄a in crapula z ebrietate.
 Postremo sepenumero p̄ indaganda ve-
 ritate contendit̄. magneqz fiunt inē asser-
 tores opinionū z disceptantes discordie.
 In h̄ genere oēs catholice veritatis ad-
 uersarij cōfutandi. comp̄mendi. ac peni-
 tus eijciendi sunt. q̄ litis cā. non vt cete-
 re euitāda est. imo totis virib⁹. sicut z lis
 ipsa tāqz iustissima z scitissima cōplecten-
 da est. z iugiter prosequēda. z si opus est
 nō verba solum. sed facultates z persone
 p̄ defendenda veritate sunt exponende.
 nec ḡdi. nec statui. nec sanguini. nec am-
 b̄

citie. nec officio parcen dū est. semp enim
veritas cunctis ē reb⁹ antepōnda. Nāq;
eius vox est q̄ dicit. qui nō odit patrem ⁊
matrē. fratres. sorores. ⁊ adhuc aiā suā
propter me. nō ē me dign⁹. hoc apli fece
runt. q̄ nullū mortis gen⁹ timentes ibāt
iocundi a cōspectu consilij. qm̄ digni ha
biti essent p noīe Jesu contumeliā pati.
hoc sancti martires ope compleuerunt. q̄
vt eam cōfiterent atq; tuerentur ppiūm
fuderūt sanguinē. hoc sancte legis docto
res ptendentes. nūc predicando. nūc di
sputando. nūc libros cōficiendo. tacue
runt nūq; hoc litis gen⁹ in sermone de li
te ⁊ cōcordia. p donatistis. Augustin⁹ q̄le
sit ⁊ quō. ⁊ quorsum geri debeat insinuat
dicens. hec litigatio de celesti. scz heredi
tate habenda. pacifica. benigna fidelis ē
⁊ iusta. sicut videmur cū donatistis litiga
re. ille litigat qui ad īsario suo male vult.
eūq; vult pati detrimentū ⁊ se argumen
tum. Illi vult aliquid decidere. ⁊ sibi ac
cidere. nō est talis lis nostra. qz nō est ma
liuola. nō tēdit in aduersarij detrimentū.
sed lucrum. sed iō litigamus. qz volumus
eos nobiscū acquirere. non perdere. bona
que hnt non tollere. sed bona nostra cō
munia facere. hoc nō est litigare sed ama
re. litigatio igit in inquirende aut defenden
de veritatis. qm̄ iusta ⁊ catholica est fieri
debet cū amore ⁊ caritate psonaz. ⁊ odio
vitiōz. ferri debet in salutem pximi. nō in
confusionē. ad aperiendā mentē cecis nō
precipitando iu foueā cecos. vt cōfirmē
tur docti. instruant ignari. animenē fide
les. conuertant auersi. diuin⁹ augeat ho
noz. ⁊ puerōz corrigat audacia. qz si ob
stinati fuerint cū eis sicut cuz ad mortem
dānatis agendū est. Duplex igit ē ge
nus litis. alterum bonū ⁊ prosequendū
alterū malū ⁊ euitandū. ⁊ vtriusq; pstrin
gimus cās. Lites igit nullas habeatis.
De malis loquit. nō de bonis. de pducē
tib⁹ ad odium. nō ad caritatē. de inficien
tibus aiā. nō de illuminantib⁹ mentē.
Nāq; ⁊ angeli boni de reductione israhe
litici populi contendebāt. Et Barnabas
a Paulo de eligendo Johāne q̄ cognō
minabat Marc⁹. ⁊ de eoz capiēdo iti
nere dissentijt. Dic enim iam adeptos vi
sitare ⁊ confirmare. Ille novos ad ipsci
latagebat. ⁊ sic ad inuicem separti. alter af

sumpto Marco nauigauit Lypriū. Pau
lus ho electo Sylā. Syriā Ciliciāq; pe
tijt. ⁊ pambulans cōfirmavit ecclias pie
cipiēs custodire pcepta aploz ⁊ seniorū
huiusmodi lites sine peccato fuerunt. qz
oēs prout a spūsancto ducebant. ad bo
nū salutiferūq; protēdebant finē. Si ho
lites male sunt qz celerrime sunt finēde.
Hoc autē officij ⁊ si oim bonarum men
tium sit. ad prelatos tñ eas dirimere ⁊ re
finire maxime spectat. qui nunc exemplis
nunc rōnibus. nūc prāte rixantes pacare
debent. sic durē populi dei Moyes quo
tidie in deserto iudeos cōposuit. Sic Sa
lomon de infante viuo prudēt iusteq; li
te sedauit. Sic xps discipulos sepe cōci
liauit. ⁊ iudeos de sua carne manducan
da litigantes exhortationib⁹ ⁊ psuasio
nibus quietauit optime.

Text⁹ quināgesimusquart⁹ Augustin⁹

Quando autē necessitas discipli
ne in moribus coercendis dicere
vos dura verba compellit. etiam
si ipsi vos modum excessisse sentitis nō a
vobis exigit. vt a vobis subditis veniam
postuletis. ne apud eos quos oportet cē
subiectos. dū nimū seruat humilitas re
gendi frangat auctoritas. sed petēda est
venia ab eim domino qui nouit etiā eos
quos plus iusto forte corripitis q̄nta be
niuolentia diligatis. nō autem carnalis.
sed spiritualis iter vos debet esse dilectō.

Cōmētū quināgesimūquartū Ambrosi⁹

In coercendis moribus excessus
i quatrifariam cōmitti consuevit.
Nam aliquando zelo iusticie. de
quo vt hic Augustin⁹ loquit. presidenti
opus nō est vt ab ei subditis veniam po
stulet. qm̄ ⁊ rationez subdit. ne apud eos
quos oportet esse subiectos. dū nimium
seruatur humilitas. regendi frangat au
toritas. sepenumero contingit. vt nimia
prelatoz humilitas subditos faciat ela
tos. inobedientes imōgeratos. discho
los ⁊ inreuerētes. qm̄ vt antiquus sermo
dicit. Nimia familiaritas parit contem
ptum. propterea sicut equis itaz subditis
nūq; sunt nimū relaxande habene. pfecto

subditi sine freno discipline similes sunt
 nabi sine remone. que paruis etiaz flu-
 cribus facillime periclitant. Itaq; seruan-
 dus est potius in presidente et iusticia ri-
 gor. q; ex humilitatis excessu nascat pu-
 tor. prudentis tamen rectoris est delicti.
 temporis loci cause et puniende persone
 qualitatem metiri. Si tñ ob eam quam
 dicim⁹ causam correctionis fieri excessus
 contingat. ab omnium domino est venia
 postulanda. qui non solum externos act⁹
 sed internos nouit affect⁹ cui idcirco pa-
 tens est quos plus iusto forte corripitis
 quanta beniuolentia diligatis. ac si dice-
 ret nouit an iusticie et caritatis feruor. vel
 odij et vindicte impetus ad ipsum corre-
 ctionis uos propulsa uerit excessum. Non
 nunq; odium causa est immoderate cor-
 rectionis. ac pnde ad dura nimiaq; ver-
 ba proferenda rectorem irritat. tunc qui-
 dem ut scriptum est. ex abundantia cordis
 os loquit. Cor quidem uas est. in q; om-
 nis recursus sanguis feruet. et eximinen-
 ti bullitione os amaricatum expuit uene-
 nata uerba. Sepenumero studeo quodā
 accuratissimo ab aliquib⁹ talis amittitur
 excessus. ut uel iusti uideant. uel quouis-
 modo alicui morem gerant. Plerūq; in-
 nata quedam uis est alicui dicendi. ut se
 etiam si uellet moderari. nesciat hoc na-
 ture uitium. excusationis uelamen patit
 odium autem et figmenta non suffert de⁹
 Veritas quidem ipa. et proprio. et alieno
 semper est cōmodo preponenda. hic sub-
 dit non carnalis. sed spiritualis inter uos
 debet esse dilectio. tanq; si diceret. propē
 carnalem dilectionem neq; augere neq;
 minuere. quis correctionem debet. s; spi-
 ritualis anteponenda est. que non nisi iu-
 sta. honesta. et saluti fera intendit. at uero
 ut diuus Gregorius inq̄t. nonnulli sunt
 qui diligunt proximos. sed per affectum
 cognationis et carnis quibus in hac dile-
 ctione sacra eloquia non tradicunt. sed
 aliud est qd spōte impēdit nature. aliud
 qd ex preceptis dominicis. ex caritate de-
 bet obedientie. Hi nimirum et proximum di-
 ligunt. et tamen illa sublimia dilectionis
 premia non assequunt. quia amorem su-
 um non spiritualiter. sed carnaliter impē-
 dunt. Hos igit̄ qui religiosi sum⁹. si deo
 placere cupimus non carnaliter. sed reli-

giose amem⁹. oportet. Religiose autem
 tunc amam⁹. si in deo amicos diligimus
 et inimicos diligim⁹ propē deū. A duo
 bus quippe fontib⁹ dulcissima latissima
 q; emanant caritatis equora. a dei. et p-
 ximi dilectione. Altera per tres defluit ri-
 uulos. qm̄ ex toto corde. ex tota anima. ex
 totaq; fortitudie diligere iubemur orbis
 conditorē. Altera per duas decurrit for-
 mulas. ex quibus ois lex dependet natu-
 re. utpote. Quod tibi nō vis fieri alteri non
 facias. et quod multis ut faciāt uobis ho-
 mines. ut saluatoris utamur x̄bis. et uos
 eadem facite illis. Ex his oia antique et
 noue legis adimplent mandata. Ex his
 si sollicita. altaq; cogitant̄ intentōe. mēs
 ad innumera uirtutum extendit mysteria
 ne uel ad inferenda que nō debet per in-
 quietudinē estuet. uel erga exhibēda que
 debet etiā resoluta torpescat. Itā cum ca-
 uet alteri facere. quod nequaq; ab altero
 uult ipsa tolerare. sollicita se intentōe cir-
 cūspicit. ne ut sanctissimus pater n̄r Au-
 gustinus ait. Superbia eleuet. et usq; ad
 primi contemptum animū deiciens ex-
 tollat. Et ne ab intimo cogitatione lan-
 et. cūq; hanc ad expetenda aliena dilatat
 diligenter angustat. Ne cor luxuria pol-
 luat. et subiectū desiderijs per illicita cor-
 rumpat. ne ira et asperet. et usq; ad cōtume-
 liam proferendam inflāmet. Ne inuidia
 mordeat. et in alienis se felicitatib⁹ emu-
 la consumet. ne imoderate linguā loqua-
 citas protrahat. eāq; usq; ad lasciuia ob-
 iectionis extendat. ne odium malicia ex-
 citet. et os usq; ad iacula maledictōis ir-
 ritet. et sicut capitalia uitia tanta sibi con-
 nexione iunguntur. ut non nisi unum de
 altero proficiscat. ita mens per hanc bi-
 gam in amorem castum eleuata. tanta se
 se in repumendis cauendis abijciendisq;
 uitijs liga cōnectit. ut quiescat minime q̄
 diu oēm absterferit maculam. et cūta pur-
 gauerit inquinamenta uirtutum. Cū uero
 excogitat. ut ea alteri faciat. que ipsa si-
 bi expectat ab altero fieri. meditatur qui-
 dem sane. ut malis bona. bonisq; melio-
 ra rependat. utpote superbis humilitatē.
 irascentibus mansuetudinē. arrogantibus
 subiectionem. lacescentibus iniuria.
 beneficia rixantibus. et dissidentibus con-
 cordiam. bellantibus pacem. indigentibus

necessariam. egrotis sanitates. miseris so-
lamen. Ducatū cecis. redemptionē capti-
uis. erectionē lapsis. fauorem ⁊ patroci-
nium oppressis. Errantibusq; viam recti-
tudinis ostendat. cōpatiatur afflictis. mi-
tiget iras potentum. increpet imundi vo-
luptatibus mersos. corrigat subditorum
errata. prouocet beneficijs ad amorē in-
gratos. gratosq; reciproca beneficiā in
amore conseruet. **b** Hec quidem tibi fie-
ri expetis. hec igitur ⁊ tu alijs tribue. Ca-
ritas ergo ⁊ si vna est innumeros tamen
effectos tāq; mater fecundissima gignit.
Hinc ⁊ gloriosus apłs Paulus ad Co-
rintheos eius effectū numerans ait. Ca-
ritas patiens est. benigna est caritas non
emulatur. non agit perperaz. nō inflatur.
non est ambitiosa. Non querit q̄ sua sunt
nō irritatur. nō cogitat malum. Non gau-
det super iniquitate. congaudet autem ve-
ritati. oia suffert. Omnia credit. Dia spē-
rat. Omnia sustinet. caritas nūq; excidit.
Sive pphētie euacuabūtur. siue lingue
cessabunt. siue scientia destruetur. Excel-
sus itē euangelista Johannes. Est ma-
xima cura eritit de dilectōe fraterna. Et
ad eam hominū alliceret animos per eaz
nos certiores fieri de resurrectione. spiri-
tuali asseruit. Istos inquit scimus. qz trās-
lati sum⁹ de morte ad vitam. quoniā dili-
gimus fratres nostros. per eam illuminā-
ri mentes dixit. qm̄ qui diligit fratrē suū
in lumine permanet. omnia q̄q; grauissi-
ma: equo animo nos ferre astruxit. quo-
niam qui diligit fratrem suū scandalum
passiū in eo non est. diuine dilectionis
iudicium esse ait. qm̄ qui nō diligit fratrē
suum quem videt. deum quem nō videt
quomodo potest diligere. vbi glosa. fra-
tius imago dei est. si non diligis imagi-
nem nec euz. cuius est imago diligis. nos
item diuine maiestatis per eā fieri domi-
ciliū predicauit cum dixit si diligim⁹ in-
uicē. de⁹ in nobis manet. per eam dei fil-
ios nos esse asseueravit. cum inuocuit.
Omnis qui diligit fratrem suū et deo na-
tus est. quid plura. per eam feruet corre-
ctio. qm̄ vt deus per os eius loquitur. q̄s
amo corrogo ⁊ castigo. per eam omnium
temporalium spiritualiūq; bonorum cō-
municatio distributioq; exorū. **c** Igi-
tur felicem dilectionem ⁊ omni laude di-

gnissimam que nihil habet inhonestatis
nihil fictionis. que non in verbis solum.
sed in corde. nec in corde solo. sed in ope-
re cōsistit. que magna ait ⁊ sine spe huma-
ne retributionis operatur. que lumen est
mentium. ⁊ vere felicitatis initiū. que ce-
li scala. ⁊ supne beatitudinis vera ē imago.
Inde egregi⁹ vir Petr⁹ rauēnas ait. Cū
humane conditionis stat⁹ multiplici mo-
tu varietur. nihil in temporalibus inue-
nio preter vnum quod vite celestis ima-
ginem representet. sola. scz dilectio. quam
non alterat casualis euentus quā sepe-
ratio corporalis nō diuidit. quaz temporis
longitudo non abolet. que defectui nō
succumbit. sola igitur dilectio est per quā
amicos absentes videmus. alloquimur.
amplexamur. que sicut quadam angelica
agilitate ⁊ imaginario cōmeatu transuo-
let ⁊ recurrit. vt nihil de dāno terre molis
aut distantie localis iniuria cōqueramur

Iure igitur cum tantoz munerum car-
dosit spiritualis dilectio torrens prece-
ptoz noster inter nos illam esse iubet. hoc
⁊ mundi saluator prius iusserat dicens.
hoc est mandatum meum. vt diligatis in-
uicem. hoc ⁊ ipse prius fecerat. q̄ doce-
ret faciendum. cū adiecit sicut dilexi vos.
tāq; si patenter diceret. ad hoc vos inui-
cem amate ad quod amauit vos. amauit
autem christus suos discipulos: non ex-
plende libidinis causa. cum peccare nul-
latenus posset. nō rerum terrenarum gra-
tia. cum omnia mundana suo etiaz exem-
plo docuit esse contemnenda. non etiaz
primo aliquo cognationis affectu. cū il-
los matrem. sorozes ac fratres suos esse
astruxerit. non quib⁹ consanguinitate cō-
iunctus erat. sed qui eius ac patris sui ce-
lestis seruarent mandata. non in super ex-
naturali propinquitate. qm̄ sic magis mē-
tes dilexisset celestes quibus proculdu-
bio est natura propinquior. at vō earum
mie assumpsit naturam. vt videlz eas re-
dimeret. angelus fieret. totoq; p̄ illis pa-
teretur tormenta. sed vt precipuus euan-
gelista Johannes inquit. in fine dilexit
eos. ac si diceret. ad spūalia celestia eter-
naq; bōa. in quibus noster consistit finis
suam erga eos dilectionem direxit. quod
quidem mandatum. ⁊ si omnibus homi-
nibus commune esse debeat. ad nos au-

tem in monasterio constitutos. maxime dirigitur. Etenim dilectionis maxima causa est similitudo. Unde fit ut natura quadam sibi simile unumquodque amet. homo utpote homines. leo leonem. ouis ouem. Et ex his qui eiusdem sunt speciei in completionem. moribus artibus. professioneque similiores inuicem magis se diligunt: sed nescio profecto inter quos maiore. quam inter eos. qui in eodem degunt monasterio possimus excogitare similitudinem. quam unius speciei. unius professionis. unius voti. unius habitus. unius mensis. unius patri. unius domino deseruientes. quod si ad eos etiam parem similitudinem propter pares condiciones. qui unum domino temporalemente seruiunt. quispiam referat. Intellegant non omnes eos eisdem esse votis astrictos ne intelligant ab eisdem non eundem intendi finem. neque ab eodem spiritu moueri. Multum itaque inter se similitudines iste differant. necesse est. etiam si eorumdem oes essent nati parentum. quam nulla magis similitudo similia sunt. quam que eodem potuntur fine. Et quam ex dilectione vera omni obedientia. id est post dilectionis mandatum annectit obedientie preceptum dicens.

Textus quadragesimus quintus Augustinus

Reposito tamquam patris obedientiam. multo magis presbytero qui omnem vestrum curam gerit.

Comentum quadragesimum quintum Ambrosius

Sue priores. siue quis alio nuncupent nomine. qui alijs presunt. prepositi sunt. unum et a proponendo prepositi nomen assumptum est. presbyter autem grece latine senior interpretatur. unum siue enim episcopus siue abbas. siue generalis. speciali nomine tur vocabulo. quod prematum in religione tenet ille profecto presbyter. hoc est senior est. senior autem dicitur non ab etate. sed ab ipsa prudentia quam polere presbyter pro ceteris dicitur. canis enim sunt sensus hominum. et senectus vita immaculata. Proinde bene ei assignatur ethimologia. quod dicunt presbyter prestans bonum iter vel presbiter ceteris iter

in bene ac beate viuendo. preposito igitur est potius locali tanquam patris. Multo magis presbyter hoc est generali potius quam omnium vestrum curam gerit obedientiam. nam quod maior prelatus est. eo maior est ei prestanda obedientia. Idcirco romano pontifici quam omnis potestatis. et quod ad omnia et quod ad oes habet plenitudinem in omnibus iussis quilibet tam religiosus. quam secularis obedire tenetur. ceteris autem prelati. quam spalem habent potestatem. spalem parandum est. hinc prioribus localibus. uentuales. puincialibus siue puincie fratres. dumtaxat obtemperare tenentur. Generali autem quam omnium siue religionis fratrum curam gerit. oes ei eiusdem religionis fratres obediunt. necesse est. Qui autem secus faciunt a vera proculdubio religione discedunt. Obedientie autem duplex est generatio. Alterum simpliciter profectum. Alterum profectum in genere. primum quidem nullum actum excludit obedientie. nullumque terminis claudit. De quo dicitur Bernardus. ait. profecta obedientia nescit legem terminis non artatur. nec contenta angustis professionis largiori voluntate fert in latitudine caritatis et oem ad quod iungit spontaneo vigore liberalis alacrisque animi non considerans in infinitam libertatem extendit. Alterum huiusmodi profectum sit tamen limitatum. quam ad ea dumtaxat se extendit. quod certis regulis. certis professionibus certisque continetur finibus. etenim quod tempore. quod rebus in rebus. quod ordine. quibus personis. que fine pendendum est decernit. parens quidem noster in hac sua regula non ad primum. sed ad alterum nos obligat generatio. ob eam causam de preposito ac presbytero solum fecit mentionem. Nullus enim religiosus quantumcumque profectus alijs. suis quam superioribus obedire tenetur. hinc apostolus Paulus ad Hebreos scribens ait. Obedite prepositis vestris. hoc est his qui uobis preferuntur. accuratissime inquit uobis. quam ab aliorum quibus non subicimur preceptis nos exemptos esse ipso iure uolunt. Illud autem quod diuus Benedictus in regula posuit. obedientia bonum non solum abbati exhibendum est ab omnibus. sed etiam si bi inuicem obediunt fratres. non ad preceptum. sed ad consilium est referendum nec obedientia proprie. sed quoddam potius mutuum obsequium est appellandum namque iusticia ordinata non superiores inferioribus. non equales equalibus. sed inferiores superioribus parere iubet. Obedientia enim relatione. quam suppositiones dyale

ctici vocant. ceu filij ad patrē discipuli ad magistrum. Serui ad dñm ⁊ deniq; subditoꝝ oim ad suos prelatos ⁊ superiores includit. Hec nobis cōtradicit qđ beat⁹ Bern. super cantica dicit. Acq̄escere deo parū est. nisi sis subditus omni humane creature propter deum. siue abbati tanq̄ p̄cellenti. siue priorib⁹ ab eo constitutis. Ego plus dico subdere parib⁹. subdere ⁊ minorib⁹. ⁊ si vis in iusticia esse perfect⁹ vade ad minorem. defer inferiori. Ad inoꝛi te inclinato. Itaq; sup̄ius interpret̄ est. cū dicit propter deū. ⁊ cum adiecit. si vis in iusticia esse perfectus. Itaq; propter hec duo constat ipsum de p̄mo obedientie genere loqui. Rursus hoc limite obedientie gen⁹ bifariā esse dicimus. qm̄ alia seruilis. alia filialis est. ⁊ vtrāq; diu⁹ apostolus Paul⁹ ad Colocēses scribēs innuit hīscē verbis. serui obedite per oia dominis carnalibus. q̄ ad p̄nam. ⁊ rursus. filij obedite patrib⁹ p̄ omnia. quo ad scđam. Et hanc parens noster Augustin⁹ nobis iubet seruandam. cū dicit. preposito tāq; patri obediatur. Distat autēz hec ab illa. qm̄ hec libēter illa inuite. hec simpliciter illa cū discussionib⁹ ⁊ querelis. hec hilariter. illa cū tristitia. hec velociter. illa pigre ⁊ negligēt. hec veraciter. illa fictē. hec humili. illa superbe. hec infatigabiliter ⁊ perseveranter vsq; ad mortem operatur. illa hō q̄ cito ab opere segregatur. Ob eam rē Bernardus ait. perfectus obediens mortē nescit. nec mandatum p̄crastinat. preparat aures auditui. oculos visui. linguam voci. manū operi. pedes itineri. ⁊ sic totū se colligit. vt ex toto mandatū adimpleat impantis. Et q̄z hec filialis obedientia his circūstantijs ornata a subditis prelati sit exhibēda. nōnulli tñ casus sunt. in quib⁹ subditis eis obedire non tenent. Si quid videlz contra deū mandent. qm̄ iuxta apostolorū principis sententiam. magis oportet obedire deo q̄ hominibus. si quidem ab eoz potestate quis eximitur. eo pacto priuilegiati in multis episcopis parere non obligant. Sed qđ in maioris prelati derogationēz iubeat. ceu in p̄sules vrbū cōtra decreta maximoz pontificum. aut prouinciales contra instituta generaliz aliquid edicerent. si qđ impossibile iube-

amen dico vobis recepistis mercedem vestram. **E**t rursus ne reos se arbitrentur. qz contra preceptū fecerint. vbi dicit. **E**t tēdite ne iusticiā vestrā faciatis. corā hominibus. vt videamini ab eis. eo: vni bona opa alijs ostēdere prorsus recusant. **Q**ui bus p̄ Augustinū dicit. qz qui recte intelligit vtrunq; implet et seruiet vniuersissimo domino. qui seruum pigrū nō damnet. si ea que fieri nullo modo poterāt. impetraret. **N**empe saluatoris extat intentio. vt p̄ fugienda inanis gloria nemo sua bona opera affectet ab alijs sciri. et ab eo solū expectet mercedem. qui eū in mentis intuitū archano. sed vt alios bona facere doceat. iubet vt luceat lux sua corā hominibus. perinde apostolus ait. cōmendemus nosmetipsos ad omnē conscientiarū hominū in cōspectu dei. tanq̄ si diceret. si cōmendamus nos apud homines. non ideo hoc facimus. vt mundanā desideremus laudē. tunc p̄culdubio incassum laboraremus. sed vt in cōspectu dei mereamur cuius maiestati alios nostro nitimur adipsi exemplo postremo ex his oib; trāsigimus. vt non in vno opere bono tantū. sed sicut circa omnes. ita et in omnibus bonis operibus prelatus seipsum p̄bere debeat exemplū. iuxta apostolum dicentes. placete omnibus p̄ omnia. sicut ego omnibus per omnia placeo. **E**t iterum **T**himotheum mouens ait. **E**xemplum esto fidelium in verbo. in conuersatione. in charitate. in fide. castitate. dum venio attentione de lectione. exhortatione. et doctrine. **N**oli negligere gratias que in te est que data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbiterij. hec meditare in his esto. vt profectus tuus manifestus sit omnibus. que si interiorius perscrutemur. intelligemus profecto omne opus bonū qd ad prelatum pertinet seruandum iuberi. hec sanctissimus. **A**postolus sicut seruanda docuit. ita exemplo saluatoris ipse opere compleuit. nam quis digne valeat eius quotidianam pro singulis prudentiam. et sollicitudinem omnium ecclesiarum explicare. **I**pse enim erga omnes misericors. **E**rga omnes fraterna charitate affectus. **O**ffendiculum quis patiebatur. **E**t ipse non infirmaretur. **O**ffendebatur alius. et ipse vrebatur.

Paulus seruis et dominis, principibus et subiectis, uiris et mulieribus, liberis et in nuptis, continentibus et luxuriosis, sapientibus et insipientibus, circumcisioni et preputio ecclesie et seculo, spiritui et carni, et denique omni genti, nationi, et statui leges sanxit et imposuit, per alios quidem letat et gratias agit, alios uero castigat et corripit, alios uero gaudium et coronam nominat, alios uero stultitiam uocat. Cum alii quidem bene currunt, alii uero male currentes refrenat et reuocat. Hunc separat de ecclesia, hunc recipit et charitatem confirmat, hunc luget aliquos, hunc letificat et alios hunc lacte potat, hunc misteria releuat, hunc se deicit et exequat humilibus, hunc secum erigit humiles et exaltat, hunc proponit spiritum in mansuetudinis, hunc superbis et arrogantibus apostolica auctoritate uirga minatur, hunc erigit aduersus erectos, hunc efficit discipulis tanquam si nutrix foueat filios suos, hunc apostolorum omnium est mirum, hunc documentum suum pollicetur per eum qui in se loquitur deus, hunc resoluere desiderat et esse cum christo, hunc permanere in carne propter eos qui indigent affectat, non enim querit quae sua sunt, sed quae filiorum, non commoda propria, sed quae ad salutem pertinent animarum, non gloriam suam, sed summam dei, non gloriam in oblectamentis huius mundi, sed in cruce domini nostri ihesu christi, cui ipse prope et uas electionis factus est, ut deferret nomen eius ad omnes gentes, et ad omnia extrema terre. Ecce igitur quomodo gloriosus apostolus omnibus per omnia placuit, nullis laboribus, nullis periculis, nullis denique suis incommodis parcens, Ideo ad Euhymotheos scribens ait, In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, In uerbo ueritatis, in uirtute dei, per arma iusticie a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam ut seductores et ueraces, sicut qui incogniti et cogniti quasi mortui et ecce uiuimus, ut castigati et non mortificati, Quasi tristes, semper autem gaudentes sicut egentes multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes et omnia possidentes, et rursus

eadem in epistola inquit, Sustinetis enim si quis uos in seruitute redigit, Si quis deuorat Si quis accipit, Si quis extollit, Si quis in faciem uos cedit, Et ibidem suos enumerans labores ait, Ministri christi sunt, et ego, Et minus sapiens dico pro ego, In laboribus plurimis, in carceribus abundanter, in plagis super modum, in moribus frequenter a iudeis quinquies quadragenas una minus accipit, Per uirgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundum maris fui, in itineribus sepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore et erumna, in uigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate, propter illa que extrinsecus sunt, Instantia mea quod uis quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum

Lumen ecclesie, Christianorum speculum, euangelii tubam, uas electionis et doctorem gentium Paulum in hoc fratres dilectissimi speculari debent, prelati, hunc sequi debent presidentes, hunc imitari debent pastores ad hoc dicit, quoniam uiam lux uestra coram deo et hominibus lucere possit et debeat hunc parens noster Augustinus in doctrina, in moribus, in solitudine, in sanctimonia, in regendis ecclesijs, in predicationibus, in conficiendis operibus, et in omni bona et sancta actione imitatus, factus est, diuino inspirante afflatu firmamentum ecclesie, Lux doctorum, malle hereticorum, et summum uas omnium scientiarum.

Sequitur quinta conditio.

Lectus.

Augustinus.

c

Diripiat inquietos.

Commentum.

Ambrosius

m Agnum profecto et salutiferum opus est delinquentes corripere et in sacris litteris sepius mandatum. Unde saluator noster et amarus medicus diligentissimus, eius uicario Petro iubendo inquit, Si peccauerit in te frater tuus, uade et corripe

eum Et apostolus Paulus scribens ad
 Galathas ait. Fratres si preoccupat⁹ fue
 rit homo in aliquo delicto. eos qui spi
 rituales estis hmoi instruite in spiritu le
 nitatis. Et scribens ad Thacedones quos
 thessalonicenses appellat ait. Rogamus
 vos fratres. corripite inquietos: quo ex
 loco parens noster hanc accepit ditione
 quam tum ipse et alij sacre pagine doctores
 pluribus in locis magni facientes ampli
 ficauerunt. Unde et diuus Gregorius i
 suo inquit registro. qui non corrigit refe
 canda comittit. Et facientis culpam har
 bet. qui quod potest corrigere negligit emē
 dare. et in pclaro dyalogorum volumine
 transigit. quod sicut non est ab oratione
 cessandum. ita non est negligenda corre
 ctio. Et Augustinus i libro de verbis do
 mini. si neglexeris corrigere peccatorem.
 Malo peccator factus es eo qui pecca
 uit. Origenes autem ait. quod dum sacerdotel
 ecclesie vni parcunt vniuersę ecclesie mo
 liuntur interitum. Ideo remediale bonū
 est in peccato vt a cassiodoro assertum est
 accelerata correctio. quonia neqz aliquid
 tantum probat spiritualem virum. vt Au
 gustin⁹ asserit. sic peccati alieni tractatio.
 Hinc et beatus Petrus equo animo et be
 nigna pietate suscepit Paulū et laudauit
 quonia tanqz fidelis dispensator veritatē
 eum redarguit. Et notanter inquit corri
 piat inquietos. inquieti enim illi sunt qui
 dediti vicijis vagantur. et in dei fluctuant
 seruitio. Et siquidem. vt non modo adire
 portum salutis nequeat. sed et prope nau
 fragium expectent. quonia non in pericli
 tabili Petri nauī. que fides est: neqz ad
 fortem Ancoram. que obseruantia man
 datorum est. neqz firme petre que christ⁹
 est se inheret. sed fluxibilia queritantes
 fundamentum firmum et stabile contem
 nunt. Huic suis in pfectionibus Augu
 stinus ait. Inquietum est cor meum do
 nec requiescat in te dñe. sicut enim ille inqui
 etus est corpe. qui doloribus et angustijs
 oppellus locū nō inuenit quietis. Sic il
 le inquietus est mēte. qui stabili immobili
 qz bono non innitit. sed cor vagum et sup
 mūdi vanitates habet effusum. Hinc sto
 icus et moralis seneca recte inquit. Egri
 animi tactatio est. Sz hic tūc corripitur
 cū ei⁹ cor rapit. hoc est a mūdi vanitatib⁹

optima documenta abstrahit platoz. et
 ad sublimia. incorruptibilia. eternaqz ve
 hiculo efferē charitatis. qd cū subline. et
 p quā meritorij sit officij. valde de illis
 prelatis dolendū est. qui vel negligentia
 vel voluptuoso amore. vel timore. vel ig
 norantia. vel quauis alia illegittima cau
 sa illud omittunt. Si tamē hoc efficac sa
 lutis officij quandoqz differūt. vt oport
 tunum comodumqz obiurgandi tempus
 expectent non modo non peccant sz me
 rentur. Perinde Isidor⁹ in libro d sum
 mo bono ait. Plerumqz princeps iustus
 maloꝝ errores dissimulare nouit. non q
 iniquitati eorum consentiat. sed q aptuz
 tempus correctionis expectat. quādo eo
 rum vicia vel emendare valeat. vel puni
 re. et parens noster gloriosissimus in pre
 clarissimo d ciuitate dei volumine inquit
 Si propterea quisquis obiurgas et corri
 piens male agentibus parcat. qz oportu
 num tempus inquirē. Vel ipsis etiā eis
 dem metuit ne deteriores ex hoc efficiantē
 vel ad bonā et piā viā erudicēdos impedi
 unt alios infirmos et premant atqz auer
 rant a fine nō videt esse cupiditatis occa
 sio. sz cōsiliū charitatis. Sed quid est
 qd de inquietis hominib⁹ quasi de singu
 laribus peccatorib⁹ corripiendis facit mē
 tionē. cū ait. corripite inquietos. Nonne
 superbi. elati. cupidi. voluptuosi et ceteri
 sunt peccatores corripiendi. Profecto. sz
 tamen hoc peccatoꝝ genus. Idcirco po
 tius nominat. quonia inquietudo dire
 cte opponit beatitudini. Namqz beatitu
 do statū includit. Unde Boeti⁹ eam esse
 statum omniū bonorum aggregatione p
 fectuz definiuit. Et parēs noster illis nos
 frui asseueravit. in quib⁹ volūtas delecta
 ta quiescit. Rursus inquietudo p cete
 ris vicijis status denigrat monachoz. Ad
 monachos em pinet solos sedulosqz in
 celis comorant. et sua nō modo. Vex etiā
 et primoz peccata deflere At nō inqui
 eti gyrouagi sunt. qui curiositate eragita
 ti secū p̄sistere nō possunt. sed modo intus
 modo extra. modo i portis cū extraneis.
 modo in locutorio cū fratribus. modo i
 horto. modo in hospicio. modo i plateis
 modo in coquinis. modo in visitatione.
 multerculaz. modo vt causam vagādi ha
 beant in infirmoz visitatōe in erigendis

2

3

pecunijs. in sollicitandis litibus. in eorum
lenendis possessionibus. et in alijs innume-
ris. que ipsos vagos reddunt. et ab oratione
ne deuotione. et summi dei contemplatione
auertunt. se occupant. Nampe tales mu-
lctis similes sunt. que ob earum inquietu-
dinem modo super unum hominem residet
modo super alium volitant. modo adire
oculos. modo os intrare. modo per nasum
etiam imperatorum discurrere. et singulos
importune molestare non desinunt. eo pacto
inquieti homines nunc illum scandali-
sant. nunc illum verberant. nunc cum illo
litigant. nunc illum derident. nunc illum
irritant. nunc unum. nunc alterum offen-
dere non desistunt. Ob eas res apostolus
Paulus thessalonicenses rogat. ut dare
operam velint. ut quieti sint. Amplius
re de corripendis inquietis expressas be-
atus Augustinus fecit mentionem. quoni-
am hoc genus hominum omnes detestantur.
Apud enim romanos sicut virtus per quan-
dam excellentiam habebatur constantia.
sic e contra leuitas habebatur ludubrio.
Perinde a marco tullio in preclarissimo
officiorum volumine putatur est. nihil esse
se patientia cum constantia iuncta lauda-
bilis arbitrandum. Et in sacris litteris ex-
tolluntur iusti. Quonia steterunt in ma-
gna constantia aduersos eos qui se angus-
tiauereunt. E contra mali et pessimi leues
describuntur. Hinc pimus. malus post
adam. Chaym vagus in geneleos libro
nuncupatur. Dyabolus quoque circuire ter-
ram et perambulare eam in libro patientis-
simi et constantissimi viri Job dicitur. He-
ronimus quoque Augustinus et Benedictus
quartus genus monachorum scilicet circun-
silionum. in pessimum dixerunt. Salomo ite-
m in prouerbijis inter sex que odit dominus
pedes veloces ad currendum in malum
connumerat. Et rursus. mulierem in mere-
tricio ornata paratam ad decipiendas
animas garulam et vagam quietis. impa-
tientem. nec valentem in domo consistere pe-
dibus suis. Quinimo hanc fons. nunc in
plateis. nunc iuxta angulos insidiantem
appellat. Et Esaias ait. Abijt vagus sine
impetu cordis. Hieremias vero populum
diligentem mouere pedes suos asserit deo
non placere. Si similes sunt plante pe-
dis vituli. quem Ezechiel in visione aspe-

xit. que propter eius scissuras facilis est ad
motum Similes sunt imbribus et procel-
lis. quoniam non modo in malis operi-
bus impellunt per importunitatem. et bal-
neant per infectionis aquositate. sed eti-
am in bonis quam celerrime deficiant per le-
uitatem et violentiam. Inde etiam fit. ut
alij pares sint. quorum. ut vulgo dicitur.
neque sunt diuturni succus. pares sint
in aere venantibus. vbi cum nulla sit fir-
mitas. nequeunt ibetia tendere. Si nam-
que in ethere excelsa palatia fabricant. ar-
ces inexpugnabiles condunt. motes trans-
ferunt. flumina vertunt. equorum per stas-
tas et inanes cogitationes exhauriunt. in-
re igitur tales stulti sunt et expertes pru-
dentie. Namque ceu ab Aristotile philoso-
phorum principe preclare dictum est. Ani-
ma sedendo et quiescendo fit prudens. ita
e contra necessario fit. ut immoderatus dis-
cursus. vagatio et inquietudo animam red-
dant insipientem. Nec obuiat quod pytha-
goras. Plato. Appollonius. et alij com-
plurimi viri doctissimi atque sapientissimi
innumeras mundi plagas peragrauerint.
quoniam non hi ut vagi fierent contenti
debant. sed ut ad locum tandem deueni-
rent. in quo quietus doctorem audirent
sapientie. Neque hanc oppugnat senti-
entiam. Quoniam Paulus vas electionis.
et plerique omnes apostoli vniuersum per-
lustrarunt orbem. Quoniam non ut va-
garentur. sed ut precones essent christi no-
minis. et non dimissa contemplatione in
omnem terram exiret sonus eorum. missi
sunt. Sed quibus non est datum euange-
lizandi officium. si in contemplatione qui-
escunt. et mentis et preconij sunt prestan-
tiores. Hinc laudatur Beniamin et filius
virtutum et domini amentissimus inter-
pretatur. Quoniam tota die in thalamo
superna contemplans morabatur. Hinc Jo-
hannes baptista extollitur. Quoniam iux-
ta fluentem iordanis stabat penitentiam
agens. Inde et stans in scriptura dicitur
Huic beata dei genitrix magnificatur et
quietis vocatur amatrix. Quoniam in se-
creto angelus eam repperit orantem. cum
ad annunciandum filij dei incarnationem
ad eam ingressus est. et cum ad visita-
ndam Elizabeth cognatam suam se contulit
mansit apud illam tribus mensibus. non

quidem. ut Ambrosius ait. q. domus eā
 telecraret aliena. sed quia frequentius in
 publico videri displicebat. Hinc ab ea sa-
 cras virgines discere iubet. non currere p-
 alienas edes. nō de morari in plateis. nō
 aliquos in publico miscere sermōes. Ma-
 ria semper in domo sera et festina erat in
 publico. Et rursus ad ea in euāgelio scri-
 bitur. Stabat iuxta crucem ihesu mater
 eius non ut discipuli discurret et aufugit.
 sed constantissima in sua pietate stetit. et
 eū nullo voluit timore relinquere. Ab ea
 igitur virgine et vos religiosi discite qe-
 te. si veri esse religiosi desideratis. Ab hac
 diua Magdalena et egiptiaca maria di-
 dicerūt. que dimissis mundi illecebris. sic
 sedule se p̄timplationi dederunt. ut dieb⁹
 singulis reperentur. Ab hac beatus Hiero-
 nimus edoctus stabiliarius christi fieri
 maluit ut quieti frueret. q̄ in vastigio et
 tolli romanorum. ut sempiterno turbine
 quateretur. Hāc deuotissima Augustini
 patēs imitata. nō in plateis. nō in choreis.
 nō in mūdi vanitatib⁹ vagabat. sed in tē-
 plis p̄saluē filij obsecrans sedula cōmo-
 rabatur. Quare quidā beate. s. virginis
 et diue monice beata Clara de monte fal-
 cone exemplis instructa. sic ad obseruan-
 dam preceptoris nostri regulā sese peni-
 tus dedicauit. sic se in christi trāsfirmauit
 amore. Sic sanctissime trinitatis inuicē
 est fidei. ut eius in corde tota christi passio
 sculptata euidētissime cernat. et eius in
 felle tres sint lapilli reperti rotunde figu-
 re ad eternitatem designandā. indetermi-
 nati. in perceptibilisq̄ coloris ad incom-
 p̄hensibilitatē diuine maiestatis indican-
 dam. eiusdeq̄ quantitatis et ponderis. sic
 quidē. ut nō maioris sint ponderis. tres
 simul q̄ duo vel vnus tantū. aut econtra
 ad omnimodam personarū insinuandam
 equalitatez. Et prorsus infrangibiles. ut
 doceret quo pacto tres ille ineffabiles p-
 sone. sicut essentia. incorruptibiles impas-
 sibilesq̄ penitus sint. Eandē habentes fi-
 guram. ut per hoc aperte intelligeremus
 tres persona realiter distincte eandē ha-
 beant deitatem. et vnus sint nature sub-
 stantie seu essentie. **D** fulgentissimam
 Augustini prolem. **D** gloriā Augusti-
 niani ordinis. **D** vere fidei sublime glo-
 riosumq̄ exemplar. **D** ineffabilis christi

passionis. et vere sempiternę trinitatis
 librū semp inspiciendū. semp legendum et
 iterum atq̄ iterum et sine cessatione rele-
 gendum. Ab hac sorore nostra nos fra-
 tres heremitani discamus non vagari. s; in
 monasterijs sedulo contemplari. et di-
 uina meditari sacramenta gloriemur de
 patre nostro Augustino fratres mei cha-
 rissimi. quo in explanandis diuis miste-
 rijs nemo perspicacior. gloriemur de mo-
 nica parente nostra. qua in diligēdis dei
 seruis nulla feruētior. Gloriemur de Cla-
 ra sorore nostra. qua in misterijs fidei nul-
 la transformator. Hec vere cum magno
 parente nostro ad christū et beatissimam
 trinitatē intendēs. dulciter. amene. ex cor-
 de iugiterq̄ canebat. Amor meus. pon-
 dus meū. te dulcissime deus feror. quocū-
 q̄ feror. Et rursus liquefacta est aia mea
 propter te deus meus. Et iterum. vulne-
 rasti cor meum charitate tua domine. Et
 rursus. amor meus. me amantem in te trāsf-
 formauit amatum. Hec cum sua dulcissi-
 ma parente monica crebra rapta repete-
 bat. Volemus ad celum sorores mee. vo-
 lemus ad celum. et nos fratres mei de fide-
 rantissimi relictis curis rerum mundana-
 rum per contemplationem volumus ad
 deū. ut hic spe. post modū re valeam⁹ abs-
 q̄ sine ei⁹ visione letari. **P**roterea me-
 rito Augustin⁹ corripēdos iussit inque-
 tos. Quoniā quieti multiplex sunt p̄co-
 nio extollendi. quo fit. ut quies p̄sequen-
 da. Inquietudo vero penitus sit fugien-
 da. Perinde beatus Hieronim⁹ ait. Qui-
 q̄ nouerit monachū se non esse loquen-
 do et discurrendo. sed tacendo et sedendo
 Et diuus Anthoni⁹ sicut in vitis patrū
 legitur. Interroganti monacho quid ser-
 uandum. ut deo placeret. Dixit. Tria cu-
 stodi. et saluus eris. Primum quidē ut deū
 p̄re oculis semp habeas. Secundum ad
 omnem tuam actionem diuinarum scri-
 pturarum testimonium adhibe. Tercium
 ut ex loco in quo manes nō cito discedas
 Hinc ex alijs cōditionibus. quas. ut ali-
 cuius sancti confessoris merito festiuitas
 celebretur. Quoniam quiete in vita fun-
 ctus est. Sacrosancta ecclesia connume-
 rat dicens. Qui pius. prudens. humilis
 pudicus sobrius. castus fuit et quietus. et
 in libro tētorum de viro bono dicitur.

sedebit solitarius et tacebit. et ad thessalo-
 nicenses ap[osto]l[us] de se ait. ip[s]i em[im] scitis quem
 admodu[m] oporteat imitari nos. q[ui]a no[n] in-
 quieti fuimus intra vos. et deus om[n]ipo-
 tens cu[m] sue glorie similitudine[m] Ezechieli
 revelare vellet. dixit ad euz filii hominis
 sta super pedes tuos et loquar tecum. sta
 inquit deus sup[er] pedes tuos. et non discor-
 re pedibus tuis. vt quietez in homine fe-
 licitudo et apto ad suscipienda archana dei
 approbaret. inquietudinem vero repro-
 baret. Iohanes item euangelista non di-
 scurrens et vagans. sed quiescens et recu-
 bens super sacrum pectus dominicu[m] flu-
 entia euangelij de deitatis fonte potauit
 Prothomartir autem Stephanus posi-
 tus in terra genibus vidit celos apertos.
 Vidit ihesum stantem a dextris virtutis
 dei. Veniam pro lapidantibus postula-
 uit. Eius spiritum christo suscipiendum
 comisit. Et saluator mundi affixus cruci.
 genus redemit humanum. Petrus et An-
 dreas vt eum imitarentur crucis suspen-
 di patibulo voluerunt. **N**oli ergo he-
 remitane vagus esse. sed confige corpus
 tuum cruci. ibi sistas. ibi viuas. ibi glorie
 ris. ibi feliciteris. ibi tanq[ua]m inerpugnabili
 arce te recondas. ibi te custodias. cum ea
 confabuleris de sempiternis gaudijs. ad
 eaz cu[m] ecclesia exclames. **D**uraxue spes
 vinea. ad eam cum apostolo dicas. **A**b-
 su me gloriari nisi i[n] te. **E**rat domini mei
 ihesu christi. **A**d eam cum Helena Con-
 stantini matre canas **D**urax splendor
 cunctis astris. eam cum Eradio Trone
 magnifico tuis in humeris batula. **E**am
 tolle et christum sequere. **I**psum in ea co-
 plectere cum Ioseph ab arimathia. ip[s]um
 in ea osculare et adora euz virgine maria
 ipsum in ea lacrimis laua. capillis ter-
 ge. **E**t vnguento vnge cum magdalena
 pia. **I**psum euz mixtura mirre et aloes cu[m]
 Nicodemo reconde. ipsum in horto ani-
 me tue in sepulcro nouo hoc est puro ma-
 dato. et initiato conscientie tue erga sculo
 linteis inuolutu[m] per pietatis opera se-
 peli. **C**um eo etiam si opus est. mortem
 subeas. et condiaris vt postmodum cu[m] eo
 resurgas interminabilemq[ue] vita[m] suscipi-
 ens requie sempiterna fruaris.

Sequitur sexta co[n]ditio.

tertus

Augustinus.

Consoletur pusillanimes

Comentum.

Ambrosius.

Icut em[im] in archa d[omi]ni erat virga
 et mandatorum tabule. ita et sua
 uisum[us] erat manna recondituz. vt
 p[ro] hoc p[re]lati ecclesiastici sane intelligerent
 no[n] modo adiungenda p[re]cepta p[re]ceptoru[m]q[ue]
 tra[n]sgressores puniedos. v[er]o etia[m] ad p[re]ben-
 du[m] amenu[m] p[ro]solationis manna se p[re]fectos
 alijs erituisse. **I**decirco postq[ua]m de corripie-
 dis inquietis par[is] noster p[re]ceptuz dedit
 iure nu[n]c pusillanimes iubet co[n]solari. **A**d
 quod multiphariam concitatur. et qui-
 dem in primis ad imortale p[ro]potentemq[ue]
 deu[m] aspicientes. qui misericordiaz pater et
 de[us] est tu[us] co[n]solationis. et vt ap[osto]l[us] ait.
Nos in om[n]i nostra co[n]solatur tribulatio-
 ne. **P**erinde veteris testamenti patribus
 sepe numero eos co[n]solans apparuit. **S**ic
 Jacob a facie Esau fugientem. sic israeliti-
 euz popul[u]m a pharaone detent[u]m. sic Job
 innumeris plagis affectu[m]. **S**ic deniq[ue] cu[m]
 temporis plenitudo venisset humanum
 genus tot milibus annoz multis onera-
 tu[m] grauamini b[ea]t[us] fuit p[ro]solatus. **E**t vt sola-
 men hoc publicu[m] amplissimu[m] vberimu[m]
 q[ui] foret misit vnigenitu[m] filiu[m] suu[m]. vt ho[m]i[n]i fi-
 eret. et cu[m] inuisibilis esset videret a nobis.
 et cu[m] in altissimis habitaret quersaret no-
 biscu[m]. et cu[m] impassibilis et sui natura imor-
 talis penitus esset duru[m] crucis pateret tor-
 mentum. acerbissimamq[ue] subiret mortem.
 vt nos ab eterna liberaret morte. **R**esur-
 rexit vt nobis facultatem tribueret resur-
 gendi. **P**ostmodu[m] per dies quadragin-
 ta vt ipse etia[m] in dandis tribuendisq[ue] so-
 laminiibus coeterno sibi patri similis fieret
 pietissime genitrici sue. **P**etro. et alijs
 ap[osto]lis et discipulis suis in multis argum[en]-
 tis apparuit. et tand[em] celos ascendens o[mn]i-
 sua peregrinatione p[ro]summauit. vt se oim-
 exhiberet co[n]solatore[m]. **I**nde et christ[us] hoc
 est vinctus. et fuit. et nuncupari voluit. no[n]
 solum quia ipse vinctus fuit oleo lactice.
 sed quoniam in membris suis vinctus fu-
 it oleo co[n]solationis ab eis. s. oia languo-
 ru[m] genera tollens. **I**nde ip[s]e clamauit. di-
 scite q[ui]a me q[ui] mitis sum et hu[m]ilis corde ac

perinde diceret. Nolite in p̄sidentia vestra elati & asperi esse sed humiles & cōsolatores subditorum. Et rursus. estote miserī cordes. sicut & pater vester misericors est. qui solem. s. solationis sue ori facit super bonos & malos. & pluit aquā solaminis super iustos & iniustos. Præterea spiritus sanctus a patre & filio. vt paraclitus hoc est vt cōsolator missus est. dicite christo ad discipulos. cuz venient paraclitus quē ego mittam vobis a patre spiritū veritatis. ipse docebit vos omnia & suggeret vobis oia quecūq; dixero vobis. **T**ria em̄ inter alia precipua in eo aduentu spiritus sanctus operatus est. Primum beatā virginem & discipulos in vnum congregatos. qui & propter iudeorum metum christi passionem. & recessum eius ad eis adhuc mesti erant cōsolatus fuit. in quo quidem solamine corā regibus & principibus audaciam cōstantiāq; p̄stitit. vbiq; terrarum nomen christi manifestandū. Subinde sapientiam infudit. omniaq; linguarum genera repente edocuit. postremo sic eos in gratia cōfirmavit. vt de cetero peccare non possent ac faciendorū miraculorum tribuit virtutem. **A**ngelicę quoq; mentes ad cōsolandos subditos nos mouēt. Ob eam rem cum dominus ad faciendū iudicium super israel ex hierusalem angelum destinaret. Angelus ipse verba bona & cōsolatoria zacharie loquebatur. Aduēt & nos viri optimi. ceu Tobias Job Paulus Themas. & alij cōplures antique & noue & legis viri p̄cissimi. quorum sequi exempla debemus. **H**inc precellentissimus dei vates in platonum persona. Esaias inquit Spiritus domini sup me. eo q̄ vuxerit me. Ad annūciandū mansuetis misit me. vt mederer cōmris corde. ac vt paulo post subdit. vt cōsolarer om̄es lugentes. Et vero quo pacto prelati spiritū sanctū habēt. qui cōsolator dicūt. & quos mittit cōsolatores facit. qui subditorum nō curant cōsolationem. Aduēt nos opera iusticie. que vnicuiq; prout opus est iubet cōferri. **N**āq; bonis premiū. malis penam. egris medicinam. debilibus restauratiōē. sanis p̄seruationem. felicibus moderamen. & deniq; afflictis solamen tribuit. perinde beatus Gregorius ait. Vera iusticia cōp̄g

sionem habet. Et rursus que est iusticia sine misericordia. Et dauid in psalmo cecinit. **M**isericordia & veritas osculare sūt. Quid est q̄ iusticia & misericordia se mutuo osculantur. nisi q̄ he due virtutes sic inuicem cōiungunt. vt se mutuo cōcomitentur. **A**duent aliorum artificum exempli. **M**edici enim magis dulcorationibus. linitionibus. & suauitatis vnguentis. q̄ cauterio vtunt. Sic medicus noster christus fecit cuz publicano. magdalene. theolonario. zacheo. & alijs innumeris mereretur. sic petrus cū alijs p̄fecit. facere docuit. Sic de samaritano. qui & custos interpretat legis perito parabolā differuit. qui in vulnerati plagas nō solū vinū vt abstergeret. sed oleū vt dolores mitigaret & sedaret infudit. **A**duemur deniq; a maloz fuga. que ex nimia platorū austeritate & solationis p̄ficiētē carentia. **M**az subditi ob eam rem amarissimā vitā ducunt. hinc t̄renoz primo scribit. **I**dcirco ego plorās & oculus meus deducēs a quā quia lōge factus est a me cōsolator bene operandi actionem deperdit. vnde ibidem de hierusalē dicit. **D**eposita est vberem̄ter nō habens solatorē. quo fit. vt a vite politice cōsuetudine sepe discedant. **S**epenumero circa eoz statū q̄q; etiam in se tutissimū vacillant. propterea iudas & Syllas ab apostolis missi in antiochiā sicut actū apostolorū lectio declarat. cōsolati sunt fratres. & p̄firmauerūt. p̄reit cōfirmatiōē cōsolatio. quoniā p̄ solatōez in fidei statu fuerūt cōfirmati. **N**ōnunq; a laborib; cessant. ideo p̄ desertū ambulātib; dñs ne d̄ficerēt māna e celo pluit p̄ inde. **A**p̄ls ad philippēses scribit. omnia possum in eo q̄ me p̄fortat. **P**lerūq; solatione destituti in desperationē labūtar. **I**dcirco ad Thymotheos ait ap̄ls. cōsolentini. s. afflictū. ne forte abundantior iusticia absorbeat qui h̄mōi est. **T**rebro rebelliones iurationes & alia mala innumera in platos machinant. **I**done; testis ē roboam. a quo recessit israel & perpetuo se rebellauit. **Q**uoniaz relicto documēto senū. lenia ceu scriptū est in libro regū loqui noluit. s; p̄que iuente imitat; p̄silia dixit ei pater me; aggrauauit iugū vestrū. **E**go autē addā iugo vestro. **P**ater meus cecidit vos flagellis. ego autē cedam vos

P

scorplonib⁹ Magna item utilitas ex hoc pietatis officio parata. nos mix in modū ad illud exequendū mouere debet. **M**pe offus elemosina. vt parēti nostro gloriosissimo placuit. mūdāt peccata. pro nobis ad dñm interpellit. et in nouissimis fidelissimus ac potētissimus nobis comes et propugnator assistit. At vero elemosinarū duplex est genus. alterū qđ ad corp⁹. alterū qđ ad animā spectat. et vtrūq; septenario explet numero primi generis species sunt. esurientē pascere. sitientē potare. nudū vestire. hospitē colligere. visitare infirmū. redimere captiuū. defunctūq; recōdere. secundi generis species sunt docere ignorantē cōsulere dubitanti. delinquentem corripere. remittere offendenti. sufferre onerosos. pro cūctis orare. mēstū. afflictū. tristē. pusillanimēq; solari. Inde versus aiunt. visito. poto. cibo. redimo. tego. colligo. condo. cōsule. castiga. remitte. solare. ser. ora. Et ceu aīa pstat corpi sic pietatis opera ad spiritū spectantia vntor miter cōparata longe his pstant. quibus carnis occurrit indigētē. Studiosi igitē plati sint ad hoc tā saluiferū op⁹ exequēdū. **S**z qm̄ in omī actione mod⁹ pulcherrima est virtus. ideo quo pacto solari proximū debeam⁹ a beato Gregorio in moralib⁹ adiscam⁹. Luz volum⁹ inquit queimpiā a merore suspēdere. ordo solationis est. vt studeam⁹ prius merēdo ei⁹ luctui p̄cordare. Dolentē nō p̄t consolari. qui nō p̄cordat dolori. quia eo ip̄o. quo amercntis afflictōne discrepat minus ab illo recipit. cui mentis qualitate sepefat. sed emolliri prius debet anim⁹ vt afflictio p̄gruat. p̄gruens inherat. inherēs trahat. Nec ferrū ferro iungit si nō vtrūq; exustione ignis liqueat. durz molli nō adheret nisi prius ei⁹ duricia molecat. Sic nec iacentē erigimus. nisi a rigore nostri stat⁹ inclinemur. quia dū rectitudo stātis a iacente discrepat eum cui p̄descēdere negligit nequaq; leuat. Sed quos debeat p̄latus consolari declarat. cū subdit pusillanimes. pusillanimes quidē sunt qui quodam imoderato timore. ex animi paruitate. pficiscēte sunt affecti. Unde pusillanimitas sic definit. qđ est viciū quo quis in ordinato timore ex animi paruitate procedente se a bonis subtrahit opib⁹. qđ pos

set et deberet agere. nāq; vt a philosophis p̄clare disertū est. Magnanimitas ē virtus media inter audaciā et timiditatem qđ fit. vt sicut temeritas ex nimia animi magnitudine ita et pusillanimitas ex nimia animi paruitate pficiscat. que proculdubio accidia filia est. Namq; huius vicij est de bonis spūalib⁹ p̄stritari. bona vero spūritualia. de quib⁹ p̄stritat accidia sunt finis. et ea que ad finē dirigunt. finis autē fuga p̄ desperationē significat. ab eis vero qđ sunt ad finē discessus quo ad ardua que subsunt p̄silijs p̄ pusillanimitatē generat. Quo ad ea vero. qđ ad cōmunē pertinent iusticiā per torporem circa p̄cepta cōmittitur. Pusillanimitas autē mala multa sunt. Nam sepe numero existimare facit ibi esse crimen. vbi nullū est peccatum. qđ vt plurimū primo p̄uersis p̄tigit. de quib⁹ in psalmo dicit. Repidauerunt timore vbi nō erat timor. Nonnunq; causa est. vt bene operandi ignoret exordiu. de quo ibidem dicit. vbi nō inuocauerūt. qm̄. s. huius inuocatōis initij expertes fuerūt. Trebro a bene inceptis desistere facit. de qb⁹ Hieremias dicit. vidi pavidos terga vertentes. que idcirco vertūt. qm̄ arbitrantur opus qđ aggressi sunt propriā excedere facultatē. cū tñ nō excedat. omnia em̄ bona opa cū dei adiutorio possum⁹. psalmista testante qui ait. expectabā eum. s. vbi qui saluū me fecit. per adiutorij gratie sue. a pusillanimitate spūs et tēpestate. Et ap̄ls omnia possum in eo qui me cōfortat. quicq; et si aliquid ardua aggrediant in eoz tñ p̄gressu p̄ pusillanimitatē titubātes clamitant dicētes. Dñe salua nos perimus. in quoz p̄sona ad suos discipulos fluctuantia maria timētes. saluator noster ap̄d mattheū inquit. Quid timidi estis modice fidei. Et Bernardus ait. pusillanimitas ab ingressione futuri laboris vict⁹ nō terlo sed tuba prosternit. Multū p̄terea pusillanimitas dānosa est. nō solū quia nocet habēti. vix etiā quoniā tanq; morbus p̄taginosos vnus pusillanimitas plurimos timidos reddit. hinc in libro deuteronomio scriptū est. Quis est homo fortis et timolofus i corde puido. vadat et reuertat in domū suam. ne pauere faciat corda frat̄ suoz. sicut ip̄e timore perterritus est. **R**ursus pusillanimitas mix in modū

periculosa est. qm̄ via est qua quis facile in desperationē ⁊ in perniciē labitur. hoc em̄ modo in hominū mētes vt Bernard⁹ ait serpit. Repro bis tribulatio parit pusillanimitatē. pusillanimitas perturbatōez. perturbatio desperatōez. desperatio interiur. Inde fit vt demones pre ceteris infestent pusillanimes. quoniā p̄ eā facile eos ducit ad interitū. nā sicut accipitres colūbas ⁊ ceteras pauidas aues. ⁊ canes lepores. ceruos. caniculos. ⁊ cetera huiusmodi pauida animalia magis insequunt̄ ita callid⁹ hostis mente debiliores q̄ animo fortes libent⁹ aggrediē. ⁊ hec nempe causa fuit. quare poti⁹ euā q̄ adā in ip̄o mundi exordio inuasit. Merito igit̄ ad hāc versutiā. calliditatēq̄. antiqui hostis euitandā gloriosus ap̄ls Paul⁹ hoc pacto Ephesios alloquit̄. Cōfortamini fratres in dño. ⁊ in potētia virtutis ei⁹. In ducite vos armaturā dei. vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Qm̄ non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē. s; aduersus principes ⁊ potestates aduersus mūdi rectores tenebrarū harum cōtra spiritalia nequicie in celestibus. Ob eā rem ecclesiasticus etiā inquit. noli pusillanimes esse in animo tuo. Quid plura. pusillanimes exteri⁹ interiusq̄ patiuntur. Hinc de eis in deuteronomio scriptū est. foris vastabit eos gladi⁹. ⁊ int⁹ pauor pusillanimes etiā ab omnibus inimicis ⁊ vltro ⁊ citro agitant̄. propterea de ip̄is in leuitico habet. Terrebit eos sonitus folij volantis. Et Job. vndiq̄ terrebut cum formidines. pusillanimes sine cessatione afficiunt̄. Unde pusillanimitas recte tribui potest qd̄ in deuteronomio scriptum est. Timebis nocte ⁊ die ⁊ nō credes vite tue. Et mane dices. quis mihi det vesperaz. ⁊ vesp̄e. quis mihi det mane. p̄pter cordis tui formidinē. pusillanimes fallaci ⁊ cōtinua fallunt̄ opinione. Arbitrant̄ em̄ propter id qd̄ in scriptura dicit̄ Beatus vir q̄ semp̄ est pauid⁹. sibi ad virtutē ⁊ felicitatē ascribendā esse pusillanimitatē. cū nō intelligāt de pauore peccādi ⁊ peccatorū penis ⁊ nō de aggrediendaz virtutum timore scripturaz fuisse locutā. Nā i bonarū actionū aggressū om̄is est repellendā formido. Idcirco ad eas erplēdas parēs noster a platis iubet subditis p̄ferri solā

men. cū ait. Cōsolē pusillanimes. Sola t̄ em̄ eos debet. vt mala q̄ ex pusillanimitate proueniunt euitare possint. vt a sancto pposito nō distrahāt. vt ardua ⁊ sancta religionis opa hilariter opentur. vt ⁊ ip̄i prelati ex hoc magno pietatis officio magnā a deo psequant̄ mercedē. Ad camēta aut̄ quib⁹ ad hāc animi egritudinē sanandā vtendū est. sunt diuinū verbum. dei auxiliū. ei⁹ nois inuocatio. bona societas. strariorū pstratio. diuine gratie beneficiū. ⁊ eterne remuneratōis p̄sideratio. Diuinū quidē verbū tante est efficacit̄. vt nemo sit ita remissus. quin ad beateq̄ agēdū p̄ illud reddat̄ audacissimus. Nā si homo homiez sic suo p̄fortat verbo. vt p̄ illud etiā sepenumero ad om̄e gen⁹ mortis equo animo ferendū p̄teat. quāto magis animari debet homo ex diuini verbi p̄citātōe. at vero dei verbū est illud. qd̄ nobis in hoc mari magno ⁊ specioso nauigantibus. in quo sunt reptilia. hoc est innumera genera periculorū ait. Nolite timere. Magnā fiduciā. Magnū ⁊ inexplicabile solamē. qd̄ suscipere debemus. qm̄ ip̄a infallibilis veritas. eterna sapiētia ⁊ omnipotens sermo dei nobis dicit. Nolite timere. ac si diceret. Et licet in periculo p̄stiti sitis. si in me p̄fidit̄. nolite timere. ego em̄ p̄sto adsum liberator defensor ⁊ cōsolator. Ende neq̄ villo pacto naufragiū pati valetis. si mihi absq̄ hesitatōe inheretis. perinde petrū mergi. incipientē increpabat dicens. Hodie si dei quare dubitasti. Quantū aut̄ diuinū auxiliū p̄solet. quis explicabit. hoc ei est in q̄ possum⁹ in oīa. hoc itē est. q̄ sublatō nihil profecto valem⁹ omnes. veritate testate q̄ ait. Sine me nihil potestis facere. ⁊ ideo ip̄m sine cessatōe petētes dicamus. De⁹ in adiutorū meū intēde. dñe ad adiuuandū me festina. S; dicit quispiā. quo pacto nobis adesse dei auxiliū innotesceret. Respōdet questioni psalmi graphus dicens. Non deest. s; per auxiliū deus timenubus se. quod ⁊ ipse testatur apud Esaiam. cum dicit. Nolite timere. quia ego redemi te. tanq̄ si patenter assereret. q̄ ego tibi auxiliū presto sum. timere ⁊ dubitare nullatenus debes. quoniā cū nihil esses creauit te. ⁊ cum tua culpa factane obnoxius esses potestati. proprio

sanguine redemi te. Hinc rursus David inquit. Redimet dominus animas seruum suorum. et non derelinquet scilicet in suo auxilio omnes qui sperant in eo. timor igitur dei et spes in eo solidissima causa erit quod adsit auxilio famulantibus ei. quorum non modo spes. sed ad eos hoc auxilio facta est repromissio. Hinc ad israelitiam Iacob in visionibus Esaię prophete dicit. Seruus meus es tu. elegi te. et non abiici te. ne timeas. quia ego tecum sum. ne declines quia ego deus tuus confortauit te. et auxiliatus sum tibi. Quam magnus est tuamen in omni re bona peragenda diuini nominis inuocatio. Audiamus Salomonem in prouerbijis dicentem. Turris fortissima nomen domini. ad ipsam currit iustus et exaltabitur. Et rursus. omnis sermo dei ignitus clipeus est omnibus sperantibus in se. Et David in psalmo. Vox tonitru tui in rota. ac si diceret. sicut tonitruui voce homines terreni. et eorum aures. que torqueo et rota figurantur surdescunt et obtunduntur. ita diuini nominis inuocatio pauent demones et tentandi fallēdique artem relinquunt. Bonorum autē societas et efficit sit ad consolationem per standam constat ex eo quidem quod boni similes sunt carbonibus ignitis. qui per applicationem flante vento igniunt extinctos. Sic bonis mali. pusillanimes fortibus vniti diuino succenduntur afflatu.

Contra: torum item prostratio nos ad bene operandum facit promptiores. Si enim in militia certamus corporali. quod de uictis hostibus pugnatōres efficiuntur audaciores. ita pessundatis vicijis. debellato sathana facilior nobis est ad virtutes progressus Spiritus sancti gratia cum in mentem hominum fuerit infusa. omnem proisus timorem foras expellit. Testes sunt apostoli. qui ibant a conspectu concilij gaudentes. Quoniam digni habiti fuerant pro nomine iesu contumelias pati. Testes sunt omnes sancti martires. qui in illa confortati nullum genus mortis timebant. Est enim gratia acutus gladius. et in eueribile propugnaculum. quo qui perimuntus est ab omnibus se potest tueri et defendere in cursibus. perinde paulo a se sitinulum amoueri postulanti saluator dixit. Si uicis tibi gratia mea ad te scilicet

defendendum. Et idem apostolus discipulum suum Lytū in ea monet confortandum dicens. Tu autem fili mi conforta re in gratia. que est in christo iesu. Sicut ergo bonus gladius in mundi militia magna est audacia pugnatōri. ita dei gratia cuiuslibet in castris dei constituto. Ubi nunc cum carne. nunc cum mundo. nunc cum principibus eius. nunc cum potestatibus inferorum pugnandum est audaciam fortitudinem. constantiam. mentisque solamē maximum prestat. Hinc beatus Gregorius ait. Celorum hoc est euangelizantium christi fide. virtus de spiritu sancto sumpta est Qui a mundi huius potestatibus contraire non presumunt. nisi eos sancti spiritus gratia solidasset. Quales namque ecclesie sancte doctores ante aduentum huius spiritus fuerint scimus. quoniam timidi et pusillanimes erant et post aduentum illius cuius fortitudinis facti sunt conspiciunt. Certe ipse pastor ecclesie Petrus quate debilitatis quateque formidinis ante aduentum huius spiritus fuerit. Ancilla hostiaria requisita dicat. vna enim mulieris voce percussus dum mori timuit vitam negauit. Et tunc petrus negauit in terra. cum latro confitebatur in cruce. Sed vir iste tante formidinis qualis post aduentum huius spiritus existat audiamus. fit huius magistratum atque seniorum censis denūciatur apostolis. ne in nomine iesu loqui debeant Petrus magna auctoritate respondit. Obedire oportet deo magis quam hominibus. et rursus. si in conspectu dei iustus est. vos potius audire. quam deum. iudicate. Postulemus ergo sine intermissione dei gratiam fratres. ut per eam in eius seruitio fortes et constantes esse valeamus. Postremo contemplari. quantum nostris pro actionibus omnium bonorum largitor sit et hibiturus mercedem ad omnem etiam difficile opus nos reddit animantiores. Quisquis enim vel currendo. vel pugando. vel quouis alio modo operando laborat leues profecto sibi putat esse labores. si magnas sibi futuras arbitrat esse mercedes. Perinde diuus Gregorius ait. quicquid intolerabile pusillanimitas asserit hoc leue et facile spes remuneratio nis ostendit. At vero quis metietur mercedem laborantibus in agro dominico permissam. Quis superne ciuitatis gaudia

inmensurabit. Quis animatis metibus operantium premia explicabit. Hinc dominus noster ihesus christus in euangelio ait. Nolite timere pusillus grex. quia coplacuit patri vestro vobis dare regnum. tanquam si diceret regni promissio vos adiugiter fortiterque laborandum confortet. vos excitet. vos impellat regni inquam promissio vos animet. Cuius regni. non humani. non terrestris. non amissibilis. non corruptibilis. non expugnabilis. sed divini celestis incommutabilis et prorsus invincibilis et eterni. Etsi suletur igitur platus pusillanimes. ut tamen sibi quod subditis merito proficiat. ut utroque quoque oportune dignoscatur salute consulere. tamen quoque regni eterni partesque fiat possessores

Sequitur septima conditio.

Textus. Augustinus.

Uscipiat infirmos.

Commentum. Ambrosius

Uscipere infirmos nil aliud esse arbitramur. quam eis copari. et pro ut eorum exigunt egritudines subuenire. At vero infirmitatum triplex est genus. unum quidem ad corpus tantum. alterum ad animam tantum. tertium ad totum quod ex his partibus constat spectans primi generis species sunt vulnera. fracture. febres. sincopsis. ydropisis. paralisis. distentia. et alie innumere. quibus post primi hominis lapsum pro pena originalis culpe. iure generis humani fuit affectum. Tales quidem infirmi in visceribus compassiois sunt a plato suscipiendi. ut eis medicamenta tribuant opportuna. quod et saluator noster suo exemplo docuit faciendum. qui ut apud euangelista lucam scribitur. super singulos infirmos cuiuscumque generis languoris ad eum ductos manu imponens curabat. quod si ea gratia prelati non valent. medicos tamen accersire non differant. qui pro salute medicinas exhibeant congruentes. perinde Augustinus in superioribus dicit. fiat sine murmure et consilio medicine. ita ut si nolit iubente proposito fiat. quod faciendum est pro salute. Horum autem alii qui sunt ex quadam naturali complexione in-

firmi. quam scilicet debilem habent complexionem. quos prelati sic suscipere tenentur. ut cum eis in victu. vestitu. temporeque recessu cillande complexione dispenset. de quibus parens noster intellet cum dixit. et si eis. qui venerint ex moribus deliciarum aliquid alimentorum. operimentoque vestimentoque daret. quod aliis fortioribus. et ideo felicioribus non datur. non debet aliis molestus esse. Et hoc ideo quoniam nimia corporis debilitas ut in quadam sua inquit epistola. etiam vires anime frangit. mentis quoque ingenium marcescere facit

Secundi generis species sunt. superbia. invidia. blasphemia. rancores. infidelitas et cetera spiritus vicia. que ita egrotare faciunt animum ut ipsum ad mortem ducant sempiternam. de quibus apostolus paulus scribens ad Corinthios ait. Conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Et scribens ad romanos inquit. infirmum in fide assume. Assumeendi autem sunt a platis. ut in primis pro ipsis ieiunet et roget. quatenus ex sua pietate deus tam gravis et periculosa vicia ex eorum cordibus evellet. quoniam hec sunt illa demoniorum genera. que ut saluator inquit. non nisi in ieiunio et oratione expelluntur. Subinde ad confessionem humiliationem et cognitionem veritatis sunt inducendi. postmodum niti debent prelati ut repulsis viciis oppositas illis virtutes in eorum mentes personam doctrinam. per exempla divine scripture. et per crebros actus virtuosos inducant. Tercij generis species sunt. ira. accidia. gula. luxuria. stulticia. necesse hominum. malorum spirituum vexationes. et alia hominum. quibus proculdubio habitat in felice animi simul et corpore affici humanum. pro ira quidem corpus succendit. Quoniam ut ab Aristotele est definita ira. est accessio sanguinis circa cor. Ita pro ea labia pallent. dentes stridere. et cum cetera fere extremitates per sanguinis ab eis recessum tremore agitant. Per accidiam et gulam. torpor et putredines in corpore generantur. et sic quidem ut plures sicut dicitur solet. mactet gula. que interficiat tela. Per libidinem attenuantur vitales spiritus. et exhausto naturali vigore miserabilis vita extinguitur. Et ideo apostolus ait. Qui fornicatur. in corpus suum peccat. ipsum. scilicet ad debilitatem. et tandem ad interitum ducet. quod

